Dei gracia Cantuar' archiepiscopus tocius Anglie primas universis etc. salutem. Noverit universitas vestra quod nos cartam⁵ Willelmi Maskerelli inspximus in hac forma. Sciant etc. et sic de verbo ad verbum ut in precedenti carta. Quia igitur quod a Christi fidelibus pia et sancta consideracione in religiosum subsidium collatum est, firma et perpetua stabilitate gaudere debet, nos donacionem et concessionem predicti W. de Vernon' iuxta carte sue testimonium firmam et stabilem permanere desiderantes eandem, sicut iuste et rationabiliter ab ipso facta est, auctoritate qua fungimur confirmamus et sigilli nostri attestacione communimus. Hiis testibus, G. episcopo Roff'.⁶

1193 and April,
1194.

284.

[Archbishop Hubert Walter confirms the lands and c. 1194.
 possessions of the hospital of Yarmouth.]

[H]ubertus dei gracia Cant' archiepiscopus tocius Anglie primas omnibus etc. salutem in domino eternam. Quia ab omnibus et maxime a nobis religioni favor

¹ Henry II.

² Baldwin de Redvers, earl of Devon 1155–1188.

³ Richard de Redvers succeeded his brother as earl of Devon in May 1188; they were nephews of William de Vernon.

⁴ Between Hubert Walter's accession (May 1193) and the death of Richard de Redvers whom William de Vernon succeeded as earl of Devon, 17 April, 1194.

⁵ No. 282.

⁶ Gilbert Glanville, bishop of Rochester, 1185–1214.

fol. 72

(cont.)

debetur, quia etiam pauperum solacia procurare tenemur et eorum securitati providere, ad omnium noticiam voluimus devenire quod nos paci et securitati domus hospitalis de Eremue que dicitur domus dei providere volentes terras et possessiones omnes eidem domui rationabiliter collatas, et nominatim tres partes de quadraginta solidatis terre in la Kerne¹, unde controversia fuit in curia domini regis inter Rogerum de la Hulde et Willelmum Maskerellum et Radulfum fratrem eius et unde concordia facta fuit² hospitali illi, quantum in nobis est, in perpetuum concedimus et sicut eidem domui rationabiliter et pie collate sunt et a donatoribus per scripta autentica confirmate nostre auctoritatis assensu confirmamus. Hiis testibus, magistro Ricardo cancellario.

285.³

Between 1189 and 1193. [Bishop Godfrey of Winchester grants permission for the founding of a hospital at Yarmouth by William Maskerel.]⁴

[G]odefridus dei gracia Winton' episcopus⁴ universis etc. salutem in domino. Ad universitatis vestre noticiam voluimus pervenire nos, inspecta carta⁵ Willelmi de Vernon' de concessione et donacione facta Willelmo Maskerel de terra et domo quadam apud Eremuam quam Guido clericus tenuit, eidem Willelmo concessisse ut in honore dei et beate virginis et omnium sanctorum ad sustencionem pauperum ibidem constituat domum hospitalem, salvo in omnibus iure matricis ecclesie, salva quoque in omnibus auctoritate et obediencia episcopali; inspectis etiam cartis⁶ Hugonis de Widvill' et Willelmi de Widvill' filii sui de concessione terre de Milnford' facta eidem W. Maskerel et heredibus suis ad instantiam precum eiusdem Willelmi confirmasse prefato hospitali eandem terram de Mulnford' ad sustencionem pauperum ibidem suscepientorum, in liberam et perpetuam elemosinam cum omnibus ad eandem terram

¹ Not far from Sandown in the Isle of Wight.² See No. 281.³ Printed : *Dugdale VI*, ii, 843.⁴ Godfrey de Lucy, bishop of Winchester 1189–1204.⁵ No. 282.⁶ Nos. 276–278.

pertinentibus, sicut idem Willelmus eam predicto hospitali *fol. 72* concessit et confirmavit. Ut autem [etc. sealing.] (*cont.*) Hiis testibus, magistro Ivone, archidiacono Dereb'.

286.¹

Confirmacio Radulfi Maskerel [*de*] dono Willelmi fratris *c. 1194.*
sui de domo dei [*de*] Eremue et terra de Melefort² et *fol. 72v.*
Quern³ et terra de Chelca⁴ cum molendino.

[N]oscant presentes et futuri quod ego Radulfus Maskerel concessi etc. donacionem de domo dei de Eremue, quam donacionem videlicet Willelmus frater meus fecit et concessit dominis Templi Salomonis in perpetuam elemosinam, terram scilicet de Melefort cum omnibus pert. sicuti avus meus vel avunculus meus melius et liberius illam tenuit, et terram de Querna sicuti carta Rogeri de Halla testatur et cirographum de curia domini regis,⁵ et terram de Chelk' cum molendino et omnibus pert. sicuti carta Walteri de Chelca testatur,⁶ et capellam de Brok'⁷ cum pert. sicuti carta mea et carta fratris mei testantur, sub tali etiam condicione quod isti predicti fratres debent tenere et recognoscere istas predictas elemosinas de me et heredibus meis in perpetuam elemosinam; quare, si ita fore evenerit quod ego vellem reddere me domui Templi predicti ipsi prefati fratres hac convencione me recipient, salva una salina de Nordo fontis sub divisia de Hordell' sicuti carte donatorum et carta mea et carta fratris mei testantur. Hiis testibus, Henrico Treucard, Otuelo de Insula.

287.

Confirmacio Willelmi de Vernon facta W. Maskerel de *Before*
omnibus terris quas tenet de feodo suo. *1194.*⁸

[S]ciant etc. quod ego Willelmus de Vernon hac carta mea confirmavi Willelmo Maskerel omnes terras quas

¹ Printed : *Dugdale VI*, ii, 843.

² Milford, Hants.

³ In margin : 'Quern vel Kern in insula Vect'.

⁴ Chale, Isle of Wight.

⁵ See No. 281.

⁶ No. 292.

⁷ Brook, Isle of Wight, near Freshwater. See No. 297.

⁸ See No. 282, note 4.

*fol. 72v
(cont.)* tenet de feodo meo sicuti carte illius Willelmi Maskerel testantur, salvo servicio meo. Quare volo et firmiter precipio quod iam dictus W. Maskerel et heredes sui vel illi quibus terras dedit teneant de me et heredibus meis libere, quiete, in omnibus libertatibus. Hiis testibus, Rogero de Madeuill'.

288.

*Before
1194.* [Ali]a confirmacio eiusdem de dono W. Maskerel.

[S]ciant etc. quod ego Willelmus Vernon concessi etc. omnes donaciones Willelmi Maskerel de terra sua de feodo meo, salvo servicio meo et servicio aliorum de feodo meo de quibus iam dictus Willelmus Maskerel terras tenet. Hiis testibus, Rogero de Wallicota.

289.

*1194 or
later.²* Alia confirmacio eiusdem de omnibus donacionibus quas W. Maskerel fecit Templo.¹

[N]otum sit omnibus etc. quod ego Willelmus de Vernon comes Devon' concessi [etc.] omnes donaciones quas Willelmus Maskerel et Radulfus Maskerel fratres fecerunt magistro de Templo Salomonis et fratribus ibidem deo servientibus sicuti carte eorum testificantur, salvo servicio meo et salvo servicio hominum meorum. Hiis testibus, Rogero de Wallicorto.

290.

Carta Roberti clerici de ix s. pro domibus de Eremue.

fol. 73.

[O]mnibus etc. Robertus clericus salutem. Noverit universitas vestra quod ego Robertus predictus teneor reddere dominis meis fratribus sancte milicie Templi Ierusalem ix solidos sterlingorum per annum pro domibus suis de Eremue quas cepi ab eis cum quadam crofta sicut Paulinus clericus tenuit aliquando de illis in villa de Eremue, predictos ix solidos reddendo annuatim ad duos terminos anni, scilicet ad festum sancti Michaelis iiiii s. et vi d. et ad Pascha Domini iiii s. et vi d. sub pena

¹ Printed : *Dugdale VI*, ii, 843.

² William de Vernon succeeded his nephew Richard de Redvers as earl of Devon, 17 April, 1194; d. Sept. 1217.

dimidie marce si non solvero dictum redditum ad dictos *fol. 73* terminos vel in octo diebus proximis sequentibus. Et (*cont.*) ad maiorem securitatem concedo pro me et pro heredibus quod dicti fratres seiant predictas domas suas cum crofta et teneant donec eis in omnibus satisfecero si terminos non tenuero. Et in huius (etc. sealing). Hiis testibus, Willelmo de Sorewell', Henrico de Ponte Audomary.

291.

Welleford.¹*Before*

[Ralph de Widvilla announces his gift of a virgate in *1190.³* Welford to the Templars.]

[R]adulfus de Vidvilla Willelmo fratri² suo cunctisque hominibus suis etc. salutem. Notum vobis fiat quod concessi deo sancteque domui Templi unam virgatam terre in Welleford', liberam ab omni servicio quod pertinet domino meo Rogero de Moubray³ seu michi. Et sciatis quia illam finaliter pro me meisque antecessoribus concessi. Testibus autem, Ranulfo sacerdote.

292.

Chelca.⁴*c. 1188.*

[Walter de Chelca grants to William⁵ Maskerel 6 virgates, a mill and pasture rights.]

[S]ciant etc. quod ego Walterus de Chelca dedi Willelmo Maskerel sibi et heredibus suis sex virgatas terre in manorio meo de Chelca, et concessi pro servicio et homagio suo sibi et heredibus suis tenendas de me et heredibus meis, scilicet tres virgatas terre quas Paganus de Lond' tenuit et unam virgatam terre quam Godefridus de Scudimora tenuit et unam virgatam terre quam Willelmus filius Walteri tenuit, et molendinum de Chelca cum

¹ Below, in the margin, is written: "prope Shifford"; but the note is wrong. This is Welford in Northants. Walford near Great Shefford was not of the Mowbray Fee (see *Templar Records*, p. 31).

² See No. 277.

³ A crusader and great benefactor of the Templars in Lincolnshire and Yorkshire. (See *Templar Records*, p. 255, note 16.) He died in Palestine soon after 1189.

⁴ Chale.

⁵ See No. 286.

fol. 73 dimidia virgata terre eidem molendino pertinente, ut
 (cont.) pote Gerardus pater meus vel ego Walterus melius tenui,
 et dimidiā virgatam terre quam Herebertus filius
 presbiteri tenuit et unum curtilagium quod Mauricius
 sacerdos tenuit, et omne nemus meum de Chetel quicquid
 appendet manorio meo de Chelca, et unam virgatam
 terre apud Semeleiam cum omnibus pert. illi virgate
 pertinentibus, et unam virgatam apud Meregrave cum
 omnibus pert. illi virgate pertinentibus. Habebit etiam
 in pastura mea in Chelca, in Schortecumba et Ruedona
 et in omni pastura predice ville pertinenti, eis ovium
 pasturam et xx bovum et duorum equorum, libere et
 quiete, integre et honorifice, in nemore et in plano et in
 omnibus libertatibus quas pater meus vel ego Walterus
 umquam melius habui; reddendo inde annuatim unam
 libram piperis infra xii dies ferie sancti Egidii pro omni
 servicio Waltero et heredibus suis pertinente, salvo
 servicio regis. Si autem predictus Willelmus predictam
 terram invadiare, vendere vel donare voluerit cuicunque
 libet invadiare, vendere vel donare salvo servicio Walteri
fol. 73v. | et heredum suorum libere a predicto Waltero concessum
 est. Pro otrecio et concessu isto et ut invagiare, vendere
 vel donare hanc predictam terram libere possit dedit
 predictus Willelmus predicto Waltero quinque solidos.
 Et ut (etc. sealing). Hiis testibus, G. priore de Brumora¹
 cum toto conventu.

293.

c. 1195. [Co]nfirmando Walteri filii Gerardi de Chelke de donacione
 W. Maskerel de v. virgatis terre cum mesuag' et sede
 molendini.

[S]ciant etc. quod ego Walterus filius Gerardi de
 Chelke concessi etc. deo et beate Marie et fratribus
 milicie templi Salomonis donationem quam Willelmus
 Maskerel fecit predictis fratribus, scilicet terram de
 Chelca quam ipse Willelmus tenuit de me, scilicet v^{que}
 virgatas terre cum mesuagiis et cum sede molendini et
 cum omnibus predice terre pert., scilicet in communi
 pastura et in pratis et in pascuis, in terris et in aquis, et

fol. 74.

¹ Breamore, Hants. The Priory of St. Michael's, Breamore was founded by Baldwin de Redvers and his uncle Hugh, towards the end of the reign of Henry I, for Austin Canons.

Prior G is probably Geoffrey, who was prior in the reign of Henry II. (Cf. *V.C.H. Hants II*, p. 168.)

in omnibus rebus plenarie, in puram et perpetuam *fol. 74*
 elemosinam, libere, solute et quiete, tenendam ab omnibus (*cont.*)
 serviciis et exactionibus ad me pertinentibus. Hanc
 confirmacionem feci predictis fratribus pro salute anime
 mee et omnium amicorum meorum, et hanc concessionem
 et confirmacionem debeo warantizare prenominatis
 fratribus contra omnes homines. Hiis testibus, Osmundo
 de Eblesburne.

294.

Querna.¹

[Roger de la Haule grants 20/- worth of land in Kern.] *Probably*

[O]mnibus etc. Rogerus de la Haule salutem. Noverit *after*
1194. universitas vestra me concessisse etc. fratribus milicie
 Templi Salomonis viginti solidatas terre in villa de la
 Kirne que est in Insula Vecta, illas videlicet quas subscripti
 homines quatuor tenent; Willelmus Malet, Nigellus filius Siwaldi, Eddricus Cordewan, et Adam
 frater eius, et medietatem nemoris ab aquilonari parte,
 in puram et liberam elemosinam, quietam et ab omni
 seculari exactione immunem, per liberum servicium
 unius parii [*sic*] calcarium deauratorum annuatim a
 predictis fratribus reddendorum mihi et heredibus meis
 ad festum sancti Egidii precii sex denariorum, Et si ego
 [etc. warranty.] Hanc autem donacionem feci pro
 salute anime mee et patris mei et matris mee et pre-
 decessorum meorum; que ut (etc. sealing). Hiis testibus,
 Waltero abbe de Quarre², Willelmo eiusdem loci
 priore.

295.

Tarenteford.³

Carta Reginaldi de sancto Walerico de quatuor libratis
 redditus.⁴

[R]eginaldus de sancto Walerico omnibus etc. salutem. *1150–*
*1166.*⁵ *fol. 74v.*

¹ Kern.² The Cistercian abbey of Quarr was founded by Baldwin de Redvers, lord of the Wight, in 1131. (*V.C.H. Hants and Isle of Wight II*, 137.)³ It is assumed that Tarenteford is one of the Tarents in Dorsetshire, but none of them belonged to the barony of St. Walery. The Inquest of 1185 makes no mention of this gift.⁴ Printed: *Templar Records*, p. 189.⁵ For Reg. of St. Valery see Vol. I, No. 89 and *Templar Records*, p. xxii; he died late in 1166; he did not receive the barony of Ivri until the death of John de St. John in 1150 or 1151.

*fol. 74v
(cont.)*

In divine eloquence pagina esse scriptum sancte ecclesie doctores nobis referunt ; reddite que sunt Cesaris Cesari et que sunt dei deo. Hac igitur auctoritate ewangelica ego Reginaldus compulsus universis sancte ecclesie fidelibus tam futuris quam presenti vita fruentibus patens atque certum facio me dedisse et concessisse in perpetuam elemosinam deo et beate Marie et militibus Templi Salomonis confratribus partem quamdam meorum temporalium bonorum, videlicet quatuor libratas redditus in Tarenteford', ut ego meique predecessores omnesque mei amici in futuro seculo summum bonum et indeficiens adipisci mereamur. Et item predictis militibus concedo et confirmo donum de Heinestendona¹ quod facit eis Odo de Talent. Volo itaque et concedo ut prefati milites meum donum prenominatum et donum predicti Odonis perpetualiter in elemosina habeant et teneant libere et quiete et absolutum ab omnibus secularibus consuetudinibus sicuti ego carta mea confirmo. Teste, Hugone de Bello Ramo.²

296.

Maninton'.³

? c. 1250. [Walter de Morton' his share of a rent of 16/- from Maniton.]

[O]mnibus etc. Walterus de Morton' miles salutem in domino. Noverit universitas vestra me dedisse etc. in puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et antecessorum meorum et successorum deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia totam partem meam de sexdecim solidis annui redditus de Maniton' pro me et heredibus meis in perpetuum. Et quia volo (etc. sealing). Hiis testibus, Ada de Polton'.

¹ Probably an error for Hensington (Oxon.), which was given to the Templars by Odo de Talent and was of the fee of St. Walery.

² He witnesses the charter of R. de Sancto Walerico, giving the church of Beckley, Oxon., to the Templars : see Vol. I, No. 89.

³ There is a gap of 20 lines in the MS. between this deed and the preceding, No. 295.

Manton in Preshute, Wilts,

297.

Ugeton'.¹

Carta W. Maskerel de terra sua de Ugetona.

*Between
1189 and
1193.²
fol. 75a.*

[U]niversis etc. Willelmus Maskerel salutem. Sciatis me pro salute anime mee et antecessorum meorum et successorum neonon et pro anima bone memorie domini mei regis Henrici³ dedisse etc. deo et beate Marie et fratribus milicie Templi totam terram meam de Ugeton' quam habui in dominico et in hominibus asisam (*sic*) cum omnibus pert. suis in hominibus, in redditibus, in pratis, in pascuis et communione (*sic*) et cum exitibus, vel omnibus aysiamentis que inde poterunt provenire, in puram et perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni seculari servicio, consuetudine et exactione de me et de heredibus meis. Preterea volo et firmiter precipio quod illud servicium quod pertinet capitali domino de predicto tenemento reddatur de meo dominico gabulo de meo manerio de Brock'.⁴ Ego (etc. warranty). Hiis testibus, Willelmo de Vernon filio comitis Balduini.

298.

Confirmacio Radulfi Mask' de terra predicta.

*Before
1193.*

[U]niversis etc. Radulfus Maskerel salutem. Sciatis me dedisse etc. deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis totam terram meam in Ugeton' cum suis pert. quam Willelmus Maskerel frater meus dedit eisdem fratribus in puram et perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni seculari servicio et exactione de me et heredibus meis, sicut carta Willelmi fratris mei testatur.⁵ Et ego (etc. warranty). Preterea volo quod illud servicium quod pertinet capitali domino de predicto tenemento reddatur de meo dominico gabulo de manerio de Broc'. Hiis testibus, Willelmo de Vernon.

¹ Uggaton, Isle of Wight.

² i.e. after the death of Henry II and before Wm. de Vernon became earl of Devon in 1193.

³ Henry II.

⁴ See No. 286.

⁵ No. 297.

299.¹

19 April, [Final Concord between the Master of the Temple and
1201. R. Makerel.]
fol. 75b.

Hic est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westm' a die Pasche septimo anno regni regis Iohannis secundo, coram G. filio Petri, Ricardo de Herierd, Iohanne de Gestling', Henrico de Wicheneton', Godefrido de Insula, Waltero de Creping', iusticiariis et aliis fidelibus domini regis ibidem tunc presentibus, inter fratrem Heimeri de sancta Mora² magistrum milicie templi petentem per fratrem Henricum Grim positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, et Radulfum Makerel tenentem, de una carrucata terre cum pert. in Ugelton' quam clamaverunt³ habendam ex dono Willelmi Makerel fratris eiusdem Radulfi in puram et perpetuam elemosinam. Unde placitum fuit inter eos in prefata curia, scilicet quod predictus Radulfus reddidit et quietum clamavit predictis fratribus et successoribus eorum totam predictam terram de Ugeltone cum pert. de se et heredibus suis in perpetuum. Et pro hac quieta clamancia et fine et concordia predicti fratres quietum clamaverunt predictum Radulfum de omnibus debitibus et demandis de se et successoribus suis in perpetuum ; et insuper dederunt eidem Radulfo tres marcas argenti.

300.

Drayton.³

c. 1220 ? Carta Nicholai de Bridicote⁴ de una virgata terre.
fol. 75v.

[S]ciant etc. quod ego Nicholas de Bridicote concessi etc. Benedicto clero de Ebor' quod ipse sine contradictione vel molestia mea et heredum meorum det et concedat unam virgatam terre cum omnibus pert. suis in Dreyton' in puram et perpetuam elemosinam cuicunque domui religiose ubicunque ei placebit, illam scilicet virgatam terre quam Reginaldus Wrenne tenuit, habendam et tenendam eidem domui religiose libere, quiete et

¹ Original cyrograph, let in between fol. 74v. and fol. 75a.

² Aymeric de St. Maur, master of the Temple in England. (See *Sandford Cartulary*, Vol. I, p. 12, note 1.)

³ Drayton near Dorchester in Oxfordshire.

⁴ Nicholas of Burcot. See *Oxfordshire Fines*, pp. 3, 26, 96.

pacifico, in tofto et crofto, in pratis et pasturis, in viis et *fol. 75v*
 semitis, in introitibus et exitibus, et in omnibus liberta- (cont.)
 tibus et aysiamentis ad predictam terram pertinentibus,
 sine aliquo servicio seculari et sine aliqua exactione ad
 me et ad heredes meos pertinente, excepto forinseco
 servicio quantum pertinet ad unam virgatam terre de
 eodem feodo, unde sex hide et dimidia faciant feodum
 unius militis. Et ego (etc. warranty). Ut igitur (etc.
 sealing). Hiis testibus, Ricardo de Clifton', Willelmo
 Monacho, Iohanne Oly.¹

301.

Confirmacio Nicholai de Bridicote de una virgata terre.² c. 1220 ?

[U]niversis etc. Nicholas de Bridicote salutem.
 Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et
 patris mei et matris mee et omnium antecessorum et
 successorum meorum dedisse etc. deo et beate Marie et
 fratribus milicie templi Salomonis unam virgatam terre
 in villa de Dreyton' in puram et perpetuam elemosina,
 illam scilicet virgatam quam Reginaldus Wrenne tenuit,
 habendam et tenendam eisdem fratribus libere et quiete
 et pacifice, in tofto et crofto, in pratis et pascuis, in viis
 et semitis, in introitibus et exitibus et in omnibus liberta-
 tibus et aysiamentis ad predictam terram in predicta
 villa pertinentibus absque omni seculari servicio et
 exactione. Ego autem (etc. warranty). Ut autem (etc.
 sealing). Hiis testibus, Ricardo de Clifton', Iohanne
 Doyli.³

302.

[Ralph son of Robert grants a plot of land in Drayton.] c. 1220.

[N]otum sit omnibus etc. Radulfum filium Roberti
 dedisse et concessisse fratribus templi Salomonis, cum
 fratre suo Waltero, unam mansuram terre in Drayton' in
 perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni
 seculari servicio, pro salute anime sue et pro salute

¹ John Doyli, mentioned in Charter No. 301 and also in *Oxfordshire Fines* in 1199 and 1227.

² Marginal note in a late hand : "prope Abyngdon" ; but this is wrong.

³ See No. 300.

fol. 75v anime patris et matris sue et antecessorum suorum.
(cont.) Hec donacio fit apud Winton'. His testibus, Willelmo
 fratre eiusdem Radulfi.

303.

Derneford'.¹

c. 1185. Carta Walteri filii R. de una virgata terre.
fol. 76.

[W]alterus filius R. et Isabella uxor eius omnibus etc. de honore Walteri filii R. salutem. Sciatis quod ego Isabella concessi et dedi militibus templi Salomonis unam marcatam terre in manerio de Derneford', quod manerium est de dote mea. Et hec concessi voluntate domini mei Walteri et concessu hereditario iure, in elemosinam. Et hanc donacionem dedi pro salute domini mei et mea et amicorum suorum et meorum, et pro animabus omnium amicorum nostrorum defunctorum. Et volo ut ipsi eam teneant bene et quiete et honorifice, ne ulla eis inde fiat iniuria vel contumelia. Et huius donacionis et concessionis sunt testes, Iordanus de Aberun', et alii in carta. Et hanc donacionem recepit frater Osbertus Templi² ad opus confratrum suorum.

304.

Sipton'.³

1217- Carta Petri de Schipton' de quadam crofta et ii acris
1230. terre et ii a(l)iis acras (*sic*).

[S]cient etc. quod ego Petrus de Sipton', assensu et consensu Petronille uxoris mee et heredum meorum, dedi etc. deo et beate Marie et fratribus templi Salomonis Ierusalem, pro animabus antecessorum meorum, totam croftam illam que est inter domum meam et domum Roberti Wyhelard' et duas acras terre in campo versus orientem, scilicet apud Langelowe sex buttas pro una acra et iuxta Crowellemore unam acram, et duas acras in alio campo versus occidentem, scilicet apud Saltstrete

¹ Probably Durnford, Wilts. There is a Dornford in Oxfordshire but the Donor's name does not fit with the history of this Dornford.

² Probably Osbert of Dover, who held the bailiwick of Lockeridge (Wilts) in 1185. This bailiwick included part of the Templars' estates in Berkshire and Oxfordshire as well as in Wiltshire. (See *Templar Records*, p. xxxii, note 5.)

³ Sipton on Cherwell, Oxon.

unam acram et apud Siti trop dimidiā acram et iuxta le fol. 76
 Grenediche dimidiā acram. Hanc autem predictam (*cont.*)
 terram eum omnibus pert. suis dedi et concessi predictis
 fratribus Templi in liberam, puram et perpetuam elemo-
 sinam, tenendam et habendam de me et heredibus meis
 libere et quiete, pacifice et integre, in viis, in pratis, in
 pascuis et in omnibus aliis aysiamentis predice terre
 pertinentibus. Et ego (etc. warranty). Et ut (etc.
 sealing). Hiis testibus, Widone filio Roberti, Waltero
 persona de Sipton'.¹

305.

Confirmacio Simonis Scorchebuf de terra predicta. c. 1230 ?

[S]ciant etc. quod ego Simon Escorchebuf, assensu
 et consensu heredum meorum, concessi etc. deo et beate
 Marie et fratribus Templi Salomonis Ierusalem, pro
 salute anime mee et antecessorum meorum, totam
 donacionem et concessionem quam Petrus de Sipton' et
 Petronilla uxor sua eis dederunt et concesserunt, scilicet
 totam croftam illam que est inter domum Roberti
 Wyhelard' et domum predicti Petri, et duas aeras terre
 in campo de Sipton' versus orientem, scilicet apud
 Langelowe sex buttas pro una aera, et iuxta Crowelle-
 more unam acram, et duas aeras in campo versus occi-
 dentem, scilicet apud Saltstrete unam acram, et apud
 Siti trop dimidiā acram et iuxta Grenediche dimidiā
 acram, tenendas et habendas libere et quiete et integre,
 in perpetuum omni modo sicut carta predicti Petri
 testatur et ditinguitur. Hiis testibus, Wydone filio
 Roberti, Waltero persona de Sipton'.

306.

Carta Willelmi de sancto Oweino de quatuor s. redditus. c. 1230 ?

[O]mnibus etc. Willelmus de sancto Oweino salutem
 in domino. Noveritis me dedisse etc. pro salute anime
 mee et antecessorum meorum, deo et beate Marie et
 fratribus milicie Templi in Anglia quatuor solidos redditus
 de quodam mesuagio et una crofta in villa de Sipton' que
 sunt inter domum Petri de Sipton' et domum Roberti de

¹ Walter was rector of Shipton from 1217 to 1230 (*Rotuli Hugonis Welles*; Cant. and York Soc.).

*fol. 76
(cont.)*

Wyelard', et de duabus acris terre in campo versus orientem, quarum sex butte iacent pro una acra apud Langelowe, et una acra iacet iuxta Crowletemor, et de duabus acris in alio campo versus occidentem, quarum una acra iacet apud Saltstrete, et dimidia acra apud Sิตrop et dimidia acra iuxta le Grenediche, quod tementum tenui de dictis fratribus quos solebam an | nutatim recipere ad quatuor anni terminos, scilicet ad festum sancti Michaelis xii d. et ad festum beati Thome apostoli xii d. et ad festum beate Marie in Martio xii d. et ad nativitatem sancti Iohannis Baptiste xii d., habendos et tenendos in perpetuum, libere et quiete, integre, bene et in pace, cum omnibus pert. dicte terre pertinentibus, pro me et heredibus meis, in puram et perpetuam elemosinam sine ullo retenemento mei vel heredum meorum. Ego vero (etc. warranty). Et ut (etc. sealing). Hiis testibus, domino Wydone filio Roberti.

307.

Alkirton'.¹

*c. 1195.
fol. 77.* Carta Hamonis de Foresta de nova salina apud Alkirton' et de domo dei de Eremu'.

[S]ciant etc. quod ego Hamo de Foresta dedi etc. domui dei de Erremua in perpetuam elemosinam novam salinam apud Alkerton' quam Ranulfus Croc tenuit. Et si predicta domus aliquo eventu ad alium locum translata fuerit eidem loco ad quem domus illa translata fuerit predictam salinam concedo et confirmo. Ego autem et heredes mei acquietabimus predictam salinam versus omnes homines de omni servicio seculari. Hiis testibus, Willelmo comite de Devonia.²

308.

c. 1194. [Hamo de Foresta grants the new saltpan at Alkerton to the Templars.]

[S]ciant etc. quod ego Hamo de Foresta dedi etc. deo

¹ There is an Alkerton in Oxfordshire, but it could not have a salt-pan. The place is probably somewhere in the Isle of Wight not far from Yarmouth.

² i.e. William de Vernon, who became earl of Devon in 1193; ob. Sept. 1217. He is never styled earl till 17 April, 1194.

et pauperi milicie Templi Salomonis in perpetuam *fol. 77*
 elemosinam novam salinam apud Alkertonam quam (*cont.*)
 Ranulfus Croc tenuit. Ego autem et heredes mei
 acquietabimus predictam salinam versus omnes homines
 de omni servicio seculari. Hiis testibus, Willelmo
 comite Devonie.

309.

Carta Iohannis de Folya de dimidia virgata terri in *c. 1220.*
 Cherleton'.

[H]oc sciant tam presentes quam postfuturi quod
 Iohannes de Folya¹ dedit deo et Templo de Ierusalem,
 ubi milites religiosi deo serviunt, dimidiā virgatam
 terre in Cherleton',² liberam et quietam, in perpetuam
 elemosinam tenendam cum libertatibus eidem terre
 pertinentibus. Libertates huius terre sunt iste, scilicet
 pastura x bobus cum suis et lxxx ovibus, et in bosco suo
 ad omnia negocia sua facienda infra feodum illud. Hanc
 cartam tenebat Walterus de Botremer de predicto
 Iohanne antequam Iohannes eam dedisset Templo,
 sicut pactum eorum erat. Nunc eandem tenere debet
 Walterus de Botremer de dominis et militibus Templi,
 finaliter duos solidos dando per annum pro omnibus
 serviciis templo pertinentibus. Huius donacionis testes
 sunt hii, Radulfus presbiter de Hungerford'.³

310.

Carta Rogeri de Port de quinque solidatis terre. *? c. 1200.*

[R]ogerus de Port omnibus etc. salutem. Sciatis
 quod dedi et concessi deo et fratribus Templi Salomonis
 quinque solidatas terre ad Berwigam,⁴ quietas et solutas
 in elemosinam, pro anima mea et pro anima patris mei et
 omnium antecessorum meorum. Testibus, Radulfo de
 Fraxino et Fulgaro de Fraxino et Ada filio suo.

¹ See No. 321.

² Perhaps Charlton by Wantage.

³ Attests charter of Michael de Columbers. No. 321.

⁴ Berwick Bassett, Wilts., on the fee of Adam de Port of Herefordshire. (See *Templar Records*, p. 53.)

311.

Spersholt.²*c. 1145.¹
fol. 78.⁴*Carta Henrici Hosati de terra Finch.³

[H]enricus Hosatus⁵ omnibus salutem. Sciatis me dedisse et concessisse domui de Templo triginta solidos de redditu, scilicet terram Fynke⁶ de Speresholt' in elemosinam, ad tenendum de me et heredibus meis in perpetuum, libere et quiete. Testibus, Consule Willelmo de Cicestr⁷ et Willelmo Avenel et Henrico Hosato avunculo meo, et Hugone Hosato et Willelmo fratre suo.

312.

*Before
1174.⁹*Confirmacio eiusdem.⁸

[O]mnibus etc. Nigellus de Valle Roilli salutem. Notum sit vobis me donasse, concessisse fratribus milicie de Templo Salomonis villam meam quam tenui de Roberto filio Willelmi,¹⁰ que est de feudo comitis de Ferrers,¹¹ scilicet Speresholt' quam Henricus Hose eis prius donavit. Hanc itaque villam volo et precipio ut supradicti fratres Templi in perpetuam elemosinam teneant et habeant et possideant cum omnibus pert. suis, liberam et quietam ab omnibus secularibus exactionibus et consuetudinibus. Huius namque donationis et concessionis sunt testes, Thomas prior sancti Bartholomei,¹¹ Petrus sub-prior, Simon et Berengarus.

¹ See No. 315.² Sparsholt, Berks. From now onwards the writing changes.³ Printed : *Templar Records*, p. 200.⁴ Fol. 77vo is blank and unruled.⁵ = Hussey. The family of Hussey were lords of Harting, Sussex, and of South Standen, Berks, and held lands at East Hendred and at Sparsholt. (*V.C.H. Berks* IV, 195, 297, 315.) *Henricus Hosatus* is mentioned in the Pipe Roll for 1156.⁶ Held by *Robert Finch* in the Inquest of 1185. (See *Templar Records*, p. 53.)⁷ William de Albini, earl of Arundel and Chichester 1141–1176. (Round : *Geoffrey de Mandeville*, 146, 316.)⁸ Printed : *D'Albon*, p. 239 (No. 373).⁹ Thomas was Prior of St. Bartholomew's from 1144 to 1174.¹⁰ See No. 313 *infra*.¹¹ i.e. Robert II, earl of Ferrers or Derby ; he succeeded his father Robert I in 1139. Sparsholt was on the Ferrers fee.

313.

Confirmacio [by Robert FitzWilliam.]¹*Before
1174.*

[C]untis etc. Robertus filius Willelmi salutem. Notum sit vobis me concessisse et carta mea confirmasse illam donacionem quam Nigellus de Valle Rolii dedit fratribus milicie Templi Salomonis, scilicet villam de Speresholt' quam de me tenuit et est de feudo comitis de Ferrers, in perpetuam elemosinam. Eapropter volo et precipio ut ipsi supradicti fratres supradictam elemosinam cum omnibus pert. suis habeant et teneant et possideant liberam et quietam ab omni seculari exactione et consuetudine sicut liberam elemosinam. Hiis testibus, priore Thoma de sancto Bartholomeo et ceteri (*sic*) qui in prescripta carta.

314.

Confirmacio [by Robert, earl of Ferrers.]²*c. 1145.*

[R]obertus comes de Ferrers³ omnibus etc. salutem. Notum facio omnibus tam presentibus quam etc. me concessisse terram Finchi de Sperisholt' deo et sancte Marie et militibus de Templo Salomonis quam Henricus Hose eis dederat.⁴ Et volo ut eam teneant ex concessione mea in elemosinam solidam et quietam et liberam ab omnibus exactionibus et consuetudinibus. Huis concessionis sunt testes, Hugo de Ferrers, Anketillus dapifer, Radulfus de Seilla, Gaufridus de Caulz, Paganus clericus de Chesterfeld' et aliis (*sic*).

315.

Confirmacio regis de eadem.⁵*A.D. 1145
(probably).⁶*

[S]tephanus rex Angl' episcopo Sareb'⁷ etc. salutem. Sciatis quod concedo et confirmo illam donacionem quam

¹ Printed : *D'Albon*, p. 239, No. 374.

² Printed : *Templar Records*, p. 200.

³ See No. 312, note 4. There was a fee in Sparsholt of the Ferrers barony.

⁴ No. 311.

⁵ Printed : *Templar Records*, p. 201.

⁶ D'Albon's date is *c.* 1145-54 but see *Templar Records*, p. 201, note 14. Stephen was at Oxford in 1145, when he was about to besiege Faringdon ; and Sparsholt is near Faringdon.

⁷ i.e. Joscelin de Bohun, bishop of Salisbury 1142-1184.

fol. 78
(cont.) comes Robertus de Ferrar' fecit¹ deo et fratribus de Templo Ierusalem de terra Finke de Speresholt'. Quare volo et precipio quod bene et in pace et libere et quiete in perpetuum illam teneant et habeant ab omni seculari exactione sicut tenent alias tenuras suas. Testibus, Roberto de Ver' et R. de Lucy apud Oxon'.

316.

Spersholt.

c. 1160-
1170.² Willelmus Achard³ [grants land and services in Sparsholt.]

fol. 78v. [I]n nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Cunctis etc. Willelmus Achard salutem in domino. Notum sit vobis me deditisse et concessisse deo et sancte Marie et omnibus sanctis et fratribus Templi Salomonis pro anima mea et antecessorum meorum Aldredum hominem meum de Speresholt' cum uxore et pueris suis et omni possessione sua et cum quadam virgata terre in Speresholt' cum omnibus consuetudinibus suis in pratis et in pasturis, videlicet cotsetelandam quam ipse Aldredus tenuerat cum crofta, et cotsetelandam quam Theodulphus tenuerat. Hanc supradictam elemosinam ut habeant et teneant volo liberam et quietam ab omnibus consuetudinibus secularibus in perpetuam elemosinam. Huius donacionis et elemosine testes sunt, Herewardus sacerdos de Spersholt', et Aldredus pater eius, et Ricardus clericus et Beatrix uxor mea, et Iohannes Banasta.³

317.

c. 1160-
1170.⁵ W. Achard⁴ [grants a virgate of land and a dwelling in Sparsholt.]

[I]n nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Cunctis fidelibus etc. Willelmus Achard salutem in domino Christo. Notum vobis facio me deditisse et

¹ No. 314.

² Printed : *Templar Records*, p. 202. The date is Miss Lees'. Henry I granted a fee in Sparsholt etc. to Robert Achard who had a son and a grandson both named William (*C.C.H.R.* (1226-57), p. 91). This donor is probably the son ; he is referred to in the *Inquest* of 1185 as having given to the Templars half a hide with four crofts in Sparsholt, of which manor the Achard family were lords. (See *Templar Records*, p. 202, note 3.)

³ For the Bannister family see *V.C.H. Berks.* III, 231.

⁴ Printed : *Templar Records*, p. 202.

⁵ Probably the same date as No. 316.

concessisse deo et sancte Marie et omnibus sanctis et *fol. 78v*
 fratribus Templi Salomonis pro anima mea et meorum (*cont.*)
 quamdam virgatam terre in Spereholte que fuerat Aldini
 liberam ab omnibus consuetudinibus secularibus, et
 cum ea Ricardum clericum meum hominem¹ cum omnibus
 suis, ita liberam ut meus fuerat, et mansuram de Westcot'
 quam Herlewinus savonarius tenuerat. Huius rei sunt
 testes, Ranulfus' de Cilreda, et Petrus et Aldr' clericus et
 Beatrix² et Iohannes Banasta et Gilbertus de Fonte et
 aliis (*sic*). Valete.

318.

W. Achard [grants lands, and dwellings in Sparsholt.] *c. 1160-*
1170³

[U]niversis etc. Willelmus Acardus salutem. Sciat
 universitas vestre me pro salute anime mee et parentum
 et amicorum meorum deo et sancte ecclesie et fratribus
 Templi Salomonis in perpetuam elemosinam donasse
 Aldredum⁴ Bedellum et virgatam terre quam ipse post
 patrem suum tenuit et Ricardum clericum⁵ cum suis et
 virgatam terre quam Odwinus Wilfrede filius et ante
 Odwinum Godwinus pater Ricardi, et mansiones illas
 quas tenuerunt Bristicius Adele et Siwardus Leins, et
 illam mansionem apud Westcotam quam tenuit Orle-
 winus,⁶ bene et honorifice, libere et quiete ab omni
 humano servicio tenendas. Volo igitur ut sicut supradictum
 est libere et quiete teneant, et ut nullus ex heredi-
 bus meis super hoc eis aliquam molestiam inferant.
 Huius autem donacionis presentes testes affuerunt,
 Galfridus sacerdos de Wanet,⁷ Eldredus clericus de
 Speresholt,⁴ et Herewardus eius filius, Iohannes de
 Arundel et aliis (*sic*).

319.

Willelmus Cayson [grants $\frac{1}{2}$ a hide in Sparsholt.] *c. 1170 ?*

[W]illelmus de Caysun omnibus etc. salutem. Notum
 vobis sit me pro salute anime mee et antecessorum

¹ He paid a rent of six shillings for one virgate in the *Inquest of 1185.* (*Templar Records*, p. 54.)

² Wife of William Achard. (See No. 316.)

³ Probably of much the same date as Nos. 316 and 317 *supra*.

⁴ See No. 316. He was a clerk and father of Hereward, "Sacerdos" of Sparsholt.

⁵ See No. 317, note 3.

⁶ Or Herlewinus, as in 317,

⁷ Wantage, Berks,

fol. 79.

fol. 79

(cont.)

meorum dedisse etc. deo et sancte Marie et fratribus Templi Salomonis de Ierusalem dimidiā hidam de feodo Willelmi de Roteland' apud Speresholt' quod est maritagium Turilde de Lodecumb' in elemosinam, liberam et quietam de rebus omnibus et consuetudinibus ad me pertinentibus. Testibus, Willelmo de Straf,' et Willelmo filio Rogeri Dap' et Ricardo de Warewich.'

320.

c. 1160–
1170.¹

Walterus Prison [grants a croft in Sparsholt.]

[O]mnibus etc. Walterus Prisun salutem in Christo. Sciat̄s me dedisse et concessisse unam croftam terre in Speresholt' que iacet iuxta domum Templariorum, sancto Templo Ierusalem in elemosinam perpetuam permanentem, pro amore dei et pro salute anime mee et uxoris mee et fratrum et filiorum meorum et omnium amicorum meorum. Et volo et concedo quod de me eam terram teneant et de heredibus meis in perpetuam elemosinam. Testibus, Falcone sacerdote de Bretfort' et Ebrardo de Calna et Finch' de Speresholt.¹

321.

c. 1208–
1235.²

Michael de Columbers [confirms the grant of Walter Prisun.]

[O]mnibus etc. Michael de Columbers salutem in Christo. Notum sit vobis me et heredem meum concessisse cortelagium deo et fratribus Templi Salomonis quod Walterus Prisun dedit et concessit eis, quod iuxta domum illorum Speresholt' est, pro deo et pro salute anime mee et antecessorum meorum. Volo igitur et firmiter precipio eos hanc terram prenominatam solutam et liberam in perpetuam elemosinam sine omni servicio seculari ammodo tenere. Huius rei testes sunt, Radulfus sacerdos Hungerfordie,³ et Robertus Wauncre et Johannes de Folia.⁴

¹ The date of this charter must be later than No. 311 (the earliest grant of land, in Sparsholt), since there is reference to the 'house of the Templars' in Sparsholt; but it must be earlier than 1185, by which time Finch was dead. It probably belongs to the period of the Achard grants (Nos. 316–318).

² He was forester in fee, in succession to Croc, during these years.

³ Attests No. 309.

⁴ Donor of No. 309.

322.

Robertus de Wockugeham [grants half a virgate at *fol. 79*
Sparsholt.] *(cont.)*

[N]otum sit omnibus etc. quod ego Robertus de Wochugeham do et concedo deo et sancte Marie et fratribus Templi Salomonis dimidiā virgatam terre ad Speresholt', solutam et quietam ab omni seculari servicio sicut aliquam elemosinam habent fratres Templi liberius et quietius. Hanc virgatam terre tenet Eylwinus Huccolt per idem servicium quod ad eandem terram pertinet, quamdiu fideliter et legaliter erga fratres se tenebit. Et ego Robertus similiter concedo predicto Eylwino donum quod eisdem fratribus facit, scilicet unam acram terre eternaliter. Hii sunt testes, Hazo capellanus, Iohannes capellanus et frater Adam et Walterus Boic.

323.

Fincus filius Ardingi.

*c. 1170–
1180.*

[H]oc sciant etc. quod hoc est pactum inter fratres Templi et Fincum filium Ardingi, scilicet quod fratres Templi dimitunt ei domos suas et suum purprisum et tertiam partem bordariorum qui pertinent ad feudum suum et unam virgatam terre et unam acram al Mareys, et tantum pratum quantum pertinet ad eandem virgatam terre, et ipse Fincus concessit omnia alia que pertinent ad feudum suum fratribus Templi et de se ipso et de uxore et heredibus suis perpetualiter in elemosinam. Et pro hiis concessis deo et fratribus Templi teneat Fincus supradicta libere et quiete de omnibus serviceis preter quicquid ei pro dei amore placuerit. Et hoc factum est tempore Willelmi baroni¹ (*sic*).

324.

Wika.²

Ricardus Musard [grants a tenant and holding in Wika.] *c. 1160–
1170.*

[O]mnibus etc. Ricardus Musard in Christo salutem. *fol. 80.*
Sciatis me concessisse etc. deo et sancte Marie et fratribus

¹ William, earl of Ferrers, from 1166.

² Wick, in Sparsholt parish, Berks. It has not been possible to identify this Richard Musard. He is not mentioned in the account of Wick in *V.C.H. Berks*, Vol. IV.

fol. 80

(cont.)

Templi Salomonis Adam de la Wike, cum omnibus pert. suis, scilicet domum suam de la Wike et unam virgatam terre cum tota mansura 'od la toft,' solutum et quietum et liberum a me et omnibus heredibus meis ab omni seculari servicio. Et preterea sciatis quod ego dedi eis v. acras de marreys quas predictus Adam fregit de sua pastura, et totam pasturam dedi eis et concessi que ad predictam virgatam terre pertinet, et omnia aysiamenta sua in omni loco, scilicet in bosco et plano, in campo et prato et communi pastura et in omnibus aysiamentis meis. Hanc donationem et concessionem feci domui Templi in perpetuam et solutam et liberam et quietam elemosinam, pro salute anime mee et uxoris mee et patris mei et matris mee et omnium antecessorum meorum. Testibus et concedentibus, Serlone et Hastuf' Musard fratribus meis, et Fulcone filio Galfridi de Musters, et Petro filio Galfridi de Cursount, et Aldredo clero de Speresholt¹ et aliis.

325.

c. 1160–
1170.²

Willelmus de Cayson [confirms the donation or Richard Musard.]

[O]mnibus etc. Willelmus de Caysun³ in Christo salutem. Sciatis me concessisse et confirmasse deo et beate Marie et fratribus Templi Salomonis donationem illam quam fecit eis Ricardus Musard et Theobaldus miles meus de Ada de Wica cum omnibus possessionibus suis, scilicet cum domo sua de Wico et una virgata terre, cum tota mansura et cum crofto, et cum uxore et liberis et ceteris omnibus rebus suis et communi pastura, et preterea v. acras de Marreys quas fregit ipse Adam de pastura sua, pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum tam vivorum quam mortuorum. Quare volo et firmiter precipio quod predicti fratres mei Templarii predictum Adam cum omnibus rebus prescriptis habeant et teneant libere et quiete ab omni servicio seculari et consuetudine. Testibus, Hunfrido clero, et Willelmo de Stratf', et Roberto de Parco, et Theobaldo et aliis.

¹ See Nos. 316, 318 (note 2).² See No. 324.³ See No. 319.

326.

Margar' de Tayden' [confirms Richard Musard's grant.] *c. 1200 ?*

fol. 80

[O]mnibus etc. Marg' de Tayden' salutem. Noverit (*cont.*) universitas vestra me concessisse etc. deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis terram quam Adam de la Wike tenuit, scilicet domum suam et unam virgatam terre cum tota mansura 'od la tofte' in perpetuam elemosinam tenendam libere, solute et quiete ab omni seculari servicio et exactione. Et preterea concessi et carta mea confirmavi predictis fratribus *v^e* acras de mareys quas predictis Adam de la Wike fregit de pastura sua et totam pasturam et omnia aysiamenta que ad illam virgatam terre pertinent, scilicet in bosco et plano, in pratis et pascuis, in communis pastura et in omnibus locis. Hanc concessionem et confirmationem feci predictis fratribus in perpetuam elemosinam et liberam et solutam et quietam ab omnibus secularibus serviciis et exactionibus sicuti Ricardus Musard eis donavit et carta sua confirmavit. Pro hac concessione et confirmatione dederunt michi fratres xiiii sol. caritative. Hiis testibus, Johanne Poer filio meo, Roberto filio meo, Waltero de Carcenden' et aliis.

327.

Finalis concordia [between Margaret de Tayden and the *c. 1200 ?* Templars.]

[H]ec est finalis concordia facta inter fratres Templi et Margar' de Tayden' de placito quod fuit inter predictam Margaritam et Walterum Prisun,² scilicet quod predictus Walterus dedit predice Marg' xx solidos pro tenemento suo in Speresholt' habendo bene et in pace, libere et quiete, sicut Adam Red, pater predicti Walteri, melius et liberius tenuit die et anno quo fuit vivus et mortuus, et tali pacto quod predictus Walterus terram suam prenominatam nulli locabit nisi per concessionem predice Marg' unde ipsa dampnum vel gravamen incurrat et ipse Walterus nullum pecus nec aliquid mobile residens habebit super predictum tenementum nisi concessu predice M., nec aliquam domum nisi solummodo horream

¹ See No. 324.

² See No. 320.

*fol. 80
(cont.)* in qua ponat bladum quod crescit super predictum tenementum. Hiis testibus, Johanne le Poer, Henrico de sancto Mauro, Ricardo clero et aliis.

328.

Westcote.¹

c. 1265 ? Willelmus filius Henrici Prisun [grants an annual rent of fol. 80v°. 12 pence in Westcot.]

Omnibus Christi fidelibus presentem cartam visuris vel audituris Willelmus filius Henrici Prisun de Baddesbiri Wik salutem eternam in domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum concessisse etc. deo et beate Marie, magistro et fratribus milicie Templi in Anglia, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, duodecim denarios annui redditus in villa de Wescote cum omnibus pert. et exchaetis suis, illos videlicet quos ego Willelmus et antecessores mei de Reginaldo Prisun de eadem pro una dimidia hida terre quam de nobis in Wescote tenuit annuatim recipere solebamus, habendam et tenendam dictis magistro et fratribus et eorum successoribus dictos duodecim denarios annui redditus cum toto dominio dicte dimidie hide terre, cum wardis, releviis et exchaetis universis michi et heredibus meis pertinentibus de dicta dimidia hida terre provenientibus, sine aliquo retenemento in perpetuum, ita quod nec ego Willelmus nec heredes mei nec aliquis per me, vel pro me seu ratione mei jus vel clameum seu calumpniam in dictis xii denariis annui redditus nec in dominio de dicta terra proveniente de cetero exigere poterimus seu quocumque modo calumpniare. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Ricardo Pigge tunc senescallo Philippi Bassete,² Willelmo de Speresholt' tunc senescallo abbatis de Abyndone, Johanne tunc vicario de Speresholt', Warnerio ad Crucem, Petro Botun, Willelmo mercatore, Gilberto mercatore, fratre Roberto Scropp' tunc preceptor de Couele,³ Thoma de Watewarge clero et multis aliis.

¹ Westcot, in Sparsholt parish, Berks.

² Philip Bassett, of Winterbourne Bassett, Wilts, ob. 1271. (Farrer : *Knights' Fees*, II, 232.)

³ Brother Robert Scropp', or le Escropp, was preceptor of Cowley and Sandford by 8 March, 1265 (*Sandford Cartulary* I, 74, note 1).

329.

Ferleg'.¹

[John de Port confirms his mother's grant of land in *Before*
Fawley.] *1170.²* *fol. 81.*

[U]niversis etc. Johannes de Port salutem. Noverit vestra universitas quod ego concedo et confirmo in perpetuam elemosinam pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum deo et beate Marie et fratribus Templi Salomonis Jerusalem donationem illam quam fecit eis Hadhewisa,³ mater mea, videlicet totam terram illam quam tenuit Ahemundus de Farnleg' cum omnibus pert. suis et consuetudinibus quas habere solebat quando melius illas habebat tempore patris mei, in bosco et plano, et in pasturis, et in omnibus aliis rebus, et nominatim terram illam de qua disseysiti fuerant. Quare volo et precipio quod ipsi eam habeant et in pace teneant et libere et quiete ab omnibus secularibus accionibus, exceptis illis servitiis que ad regem pertinent. Etiam illis concedo et confirmo in perpetuum duos filios Hahemundi predicti, Ranulfum et Ingulfum qui eandem terram tenent et posteros eorum. Et ut hec donatio mea jugiter inconcussa permaneat adsunt testes, Gilbertus de Pincheny, Willelmus filius Ade, Ricardus de Fescham, Adam Marmion, Willelmus filius Augg'.

330.

[A second confirmation by John de Port of his mother's *Before*
grant of land in Fawley.] *1170.³*

[U]niversis etc. Johannes de Portu salutem. Noverit vestra universitas quod ego concedo et confirmo in perpetuam elemosinam, pro salute mea et omnium antecessorum meorum, deo et sancte Marie et fratribus Templi Salomonis in Jerusalem, donationem illam quam fecit eis Hadwis' mater mea, videlicet terram Agamundi de Ferleya, cum omnibus pert. suis in bosco et plano. Quare volo et precipio quod ipsi eam bene et in pace

¹ Fawley, Berks. Shefford and Fawley (Berks) formed part of the barony of Basing (Hants.).

² John de Port, of Basing, Hants, son of Henry and Hawis, was a great Hampshire landowner: he was succeeded by his son Adam, c. 1170. (See *The Genealogist*, N.S., xvi, 1; *The Families of St. John and Port*, by J. H. Round).

³ See *Templar Records*, p. 52, note 15.

*fol. 81
(cont.)*

teneant, et libere et quiete ab omnibus secularibus exactionibus. Eodem quoque modo concedo et confirmo eis in perpetuum duos filios prefati Agamundi, Ranulfum et Inghulfum qui eandem terram tenent et posteros eorum. Et ut hec actio mea in perpetuum inconcussa permaneat, adsunt testes, Gilbertus de Pincheni et ceteri qui in precedenti carta.

331.

*After
1170.*

[Adam de Port grants services in Fawley.]

[S]cient etc. quod ego Adam de Portu filius Johannis de Portu et heredes mei dedimus deo et fratribus Templi Jerusalem Robertum filium Willelmi Blundi de Fernleia et heredes suos, et liberum et quietum eum omnino clamavi, et hoc prece et voluntate domine et matris mee Matildis de Portu, et pro salute anime mee et patris mei et omnium antecessorum meorum. Ut autem [etc. sealing.] Hiis testibus, Matilda Mai de Portu, Henrico de Portu, Alexandro de Montefichet,¹ Hugone de Pont', Nicholao filio Osberti, Daniel, Nicholao de Toke'.

332.

*1170 or
later.*

[Adam de Port grants services in Great Shefford.]

[S]cient etc. quod ego Adam de Portu et heredes mei dedimus deo et fratribus Templi Jerusalem Robertum filium Sewlfi de Sifford² et heredes suos et quietum et liberum eis omnino clamavimus prece et voluntate domine et matris mee Matildis de Portu, et pro salute anime mee et patris mei et omnium antecessorum meorum. Ut autem [etc. sealing.] Hiis testibus, Matilda de Portu, Henrico de Portu, et ceteris qui in precedenti carta.

333.

*Dated
10 Oct.,
1235.*

[William de sancto Johanne grants pasture rights in Shefford and Fawley, Berks.]

[O]mnibus etc. Willelmus de sancto Johanne³ filius Ade de Portu salutem in domino. Noveritis me intuitu

¹ Attests grant of John de Port, c. 1150-70. (*Oxford Charters*, 16.)

² Shefford, Berks.

³ William de Port, son of Adam de Port, who took his Mother's name of St. John; he held the manor of Shefford as part of his barony of Basing (Hants.).

caritatis pro salute anime mee et patris mei et matris *fol. 81*
 mee et omnium antecessorum meorum et successorum (*cont.*)
 dedisse etc. Templariis et hominibus suis de Sipford'
 et de Farleg' unam communam in pastura mea | de *fol. 82*
Durlig' et la Rigge et la Holte ad animalia sua, in boscis
 et in planis et per totum sicut soliti fuerunt sol' (*sic*)
 quantum pertinet ad tres virgatas terre de eodem feodo
 meo. Et propter hanc donationem et confirmationem
 predicti Templarii et homines eorum de Sipford' et de
 Farleg' concesserunt mihi Willelmo de sancto Johanne
 et heredibus meis ad calcificandum totum assartum
 meum quod feci in bosco meo de Derling' et de la Holte,
 ita quod ego Willelmus concedo pro me et heredibus
 meis quod predicti Templarii et homines eorum ponant
 animalia sua in predictum assartum post autumpnum
 quando ego Willelmus vel heredes mei ponimus nostra
 talia animalia qualia nos ponimus, ita quod ego Willelmus
 vel heredes mei de cetero amplius non possimus nec
 debemus de boscis nostris nec de eadem pastura assartare
 nisi de consensu et voluntate predictorum Templariorum.
 Preterea ego Willelmus et heredes mei quando seminamus
 dictum assartum debemus ita includere eam quod nec
 averia dictorum Templariorum vel hominum suorum
 iniuste vexentur occasione assarti non clausi. Et ut
 [etc. sealing.] Facta fuit hec carta die Mercurii in
 crastino beati Dionisii apud Rading' anno xix^o regni
Henrici regis filii Johannis regis Anglie, Roberto de
Lexinton' tunc justiciario itinerante cum sociis suis apud
Rading'. Hiis testibus, domino Willelmo priore de
Schireburn', Henrico de Braybif, Emerico de Cancell',
Willelmo de Rivers, Matheo de Venor' et aliis.

334.

Bladgrave.¹

[John de Riparia grants Bladgrave.]

c. 1250.
fol. 82vo.

[O]mnibus etc. Johannes de Riparia salutem in
 domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime
 mee et omnium antecessorum meorum et successorum
 dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie
 Templi totam terram meam de Bladgrave cum omnibus

¹ Bladgrave manor, in Lambourn parish, Berks. John de Riparia had a small fee there in 1242 (*Book of Fees*, II, 861).

fol. 82vo pert. suis absque ullo retenemento. quam Galfridus
 (cont.) Arsic michi dedit pro homagio et servicio meo, habendam
 et tenendam eisdem fratribus in perpetuum, bene et in
 pace, libere, integre et quiete, cum omnibus libertatibus
 et liberis consuetudinibus et aysiamentis in omnibus
 rebus et locis infra villam et extra ad predictam terram
 pertinentibus, sine aliquo retenemento, faciendo inde
 domino feodi servitium octave partis unius militis.

335.

Ingeflok.¹ Templeton'.²

fol. 83. [Galfridus, a hermit, grants his house at Mosehude to the
 Templars.]³

Galfridus Heremita de Mosehud' arepis ? etc. in Christo
 salutem. Notum sit vobis omnibus me G. heremitam
 concessisse et dedisse deo et pauperibus fratribus
 Salomonis hanc meam domum de Mosehude cum omnibus
 possessionibus suis, pro amore dei et pro salute anime
 mee. Petro priore de Malmisbir' testante, et Jacobo
 canonico de Cirencest' et Ricardo de Meisi.

336.

Before Sept. 14, [Roger filius Humfredi grants Inglewood to the Templars.]⁴
 1148.

[O]mnibus etc. Rogerus filius Hunfredi in Christo
 salutem. Sciant presentes et posteri me concessisse et
 dedisse militibus de Templo Salomonis terram meam de
 Ingeflok, que est de feodo comitis Gilberti,⁵ in perpetuam
 elemosinam pro amore dei et pro anima mea et pro
 animabus antecessorum meorum. Testibus, comite
 Patricio de Saresb',⁶ Waltero Maltravers, Ricardo filio
 Willelmi, Reimundo de Berneford, Willelmo clero et
 aliis.

¹ Inglewood, in Kintbury parish, Berks.² The part of the manor of Inglewood held by the Templars.³ At present it has not been possible to identify this spot; all the three witnesses suggest that it was near Cirencester.⁴ Printed: *Templar Records*, p. 198.⁵ Gilbert de Clare, earl of Pembroke, 1138-1148 (14 Sept.). (See No. 338, *infra*.) His death gives the latest limit for the charter.⁶ Patrick, earl of Salisbury is not known to attest as earl before 1147.

337.

[William Marshall confirms the grant of Inglewood by c. 1180.]

Roger filius Hunfridi.]¹

fol. 83

(cont.)

[W]illelmus Marescallus² omnibus etc. salutem.
 Sciatis me concessisse et confirmasse militibus Templi
 Salomonis donum quod Rogerus filius Hunfridi fecit deo
 et sancte Marie et militibus Templi Salomonis de Ingefled'
 in perpetuam elemosinam. Quare volo et firmiter
 precipio quatinus ipsi illud donum bene et in pace, libere
 et quiete de omnibus servitiis et consuetudinibus teneant,
 sicut confirmatio comitis Gilberti, quam inde habent,
 testatur. Hiis testibus, Willelmo Waleran, Willelmo
 de Mariscis, Rannulfo filio Hugonis, Willelmo Sarding',
 Radulpho Maynfelun, Brien de Burmington et aliis.

338.

[Gilbert, earl of Pembroke, confirms the grant of Ingle- c. 1147-8
 wood by Roger filius Hunfridi.]³ (14 Sept.)⁴

[C]ones Gilbertus Penb'⁴ omnibus etc. salutem.
 Sciatis me concessisse donum quod Rogerus filius
 Hunfredi fecit deo et sancte Marie et fratribus milicie
 Templi Salomonis de Ingefled in puram elemosinam.
 Quare volo et firmiter precipio quatinus ipsi illam bene
 et in pace, libere, et quiete de omnibus servitiis et
 consuetudinibus teneant. Comite Gilberto de Clar'⁵
 testante et concedente, Thalebot, Radulpho Blavet,
 Ricardo filio Osberti, Radulpho de Cam, Willelmo Ruffo,
 Philippo de Humez.

339.

[Rannulfus the Horseleech of Inglewood grants 1 acre.] ? c. 1230.

[U]niversis etc. Ego Rannulfus le Horseleche' de
 Ingefled' salutem. Noverit universitas vestra me
 dedisse etc. deo et beate Marie et fratribus milicie Templi

¹ Printed : *D'Albon*, p. 301, No. 487.

² Before 1189, when William Marshall married the Pembroke (Clare) heiress, and became earl of Pembroke.

³ Printed : *Templar Records*, p. 199.

⁴ See No. 336. Inglewood was on his fee.

⁵ Gilbert, earl of Clare or Hertford, 1141-1152, a nephew of Gilbert, earl of Pembroke.

*fol. 83
(cont.)* Salomonis in Anglia unam acram terre mee, illam acram scilicet que vocatur Weyek', que jacet a latere juxta viam que vocatur Milnewey, in puram et perpetuam elemosinam, habendam et tenendam ipsis fratribus milicie Templi de me et heredibus meis, libere et quiete, pacifice et integre, cum omnibus pertinentiis et aysamentiis predicte [acre] pertinentibus. Et ego [etc. warranty.] Et ut [etc. sealing.] Hiis testibus, Johanne capellano de Kenetebur'¹, Gervasio de Ingepenne,² Rogero de Chaldefeld' et aliis.

340.

? c. 1230. [Rannulfus Horseleche of Inglewood grants 2 acres.]

[U]niversis etc. Ego Rannulfus Horselech' de Yngeflod' salutem. Noverit universitas vestra me dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia duas acras terre mee, unam acram videlicet que vocatur Weyek', que jacet a latere juxta viam que vocatur Mulewey, jacens inter terram Henrici Britward et eandem viam que vocatur Mulewey, et alteram acram que jacet in Longefurlinga in borientali parte feudi sui, extremitas cuius extendit se super Mulewey in parte orientali, in puram et perpetuam elemosinam, habendas et tenendas de me et heredibus meis ipsis predictis fratribus milicie Templi libere (*sic*) et quiete, in pace et integro (*sic*), cum omnibus pert. suis et asiamentiis et libertatibus predictis duabus acris pertinentibus. Et ego (etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Johanne capellano de Kenetebyrg, Gervasio de Ynkepenee.

341.

c. 1230 ? [Rannulfus the Horseleech grants 2½ acres in Inglewood.]
fol. 83vo.

[U]niversis etc. Rannulfus le Horseleche salutem. Noverit universitas vestra me dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia duas acras et dimidiām terre mee in campo de Ingeflod de feudo Johannis Belet, unam acram que vocatur

¹ Kintbury, Berks. Inglewood is in this parish.

² Inkpen, in Kintbury Hundred, Berks.

Weyek' que jacet a latere juxta viam que vocatur *fol. 83vo*
Mulnewey, et unam acram et dimidiā que pariter (cont.)
 jacent in Longeforlong in parte boriali tendentes supra le
Mulnewey in orientali parte, in puram et perpetuam
 elemosinam, habendas et tenendas de me et heredibus
 meis libere et quiete, in pace et integre, cum omnibus
 pert. suis et liberis consuetudinibus et aysiamentis
 predictis duabus acris et dimidię pertinentibus. Et ego
 [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus,
 Johanne capellano de Kenetebury, Gervasi (*sic*) de
 Ingepenne, Petro fratre ejus, Adam de Heinna, Hugone
 de Ingelfod', Rogero de Chaldefeld' et aliis.

342.

[Roger of Chaldefeld grants 7 acres of land.] c. 1220.

[U]niversis etc. Rogerus de Chaldefeld' salutem.
 Noverit universitas vestra me dedisse [etc.] deo et beate
 Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia
 septem acras terre mee in puram et perpetuam
 elemosinam, quarum tres acre jacent supra Hare leng' in
 parte australi, et quatuor acre jacent supra Dusthull'
 jacentes inter terram Hugonis molendinarii in parte
 aquilonari extendentes se super terram Templariorum
 versus partem orientalem, habendas et tenendas ipsis
 fratribus milicie Templi de me et heredibus meis in
 perpetuum, libere et quiete, in pace et integre, cum
 omnibus pert. suis et libertatibus et liberis consuetudinibus
 et aysiamentis predicte terre pertinentibus. Et
 ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus,
 Gervasio de Ingepenne, Petro fratre ejus, Johanne
 Belet, Ada de Heinna, Hugone de Ingelfod, Ranulfo
 Horseleche et aliis.

343.

[Roger of Childefeld grants 10 more acres of land in c. 1230.
 Inglewood.]

Omnibus etc. Rogerus de Childefeld' salutem in
 domino. Noverit universitas vestra me pro deo et pro
 salute anime mee et omnium antecessorum et successo-
 rum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie et
 fratribus milicie Templi in Anglia x acras terre mee in

- fol. 83vo* territorio de Belettes Ingeflood,¹ cum pert. suis, tres scilicet acras jacentes in campo qui vocatur Herleye et quatuor acras in Dusteleshulle, et duas acras ad Longelegge juxta Hilmannesfelde et unam que vocatur Longacre et abuttat unum capud super Milnewey et aliud capud super Crofte Morel, habendas et tenendas predictis fratribus milicie Templi in liberam, puram et perpetuam elemosinam, libere, integre et quiete cum omnibus libertatibus, liberis consuetudinibus et aisia-
(cont.) mentis, infra villam et extra, predice terre pertinentibus.
fol. 84. Et ego [etc. warranty]. | Ut autem [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Johanne capellano, vicario de Kenetebyr', Gervasio de Ingepenne et aliis.

344.

- c. 1230 ? [Randolph de Hosa grants 5 acres and a croft in Inglewood.]

[N]otum sit omnibus fidelibus etc. quod Rand' de Hosa dedit deo et Templo Jerusalem et militibus ejusdem Templi servientibus v acras terre et unum croftum quod Algar tenebat in perpetuam elemosinam, scilicet in Yngeflood', et adhuc unam aliam terram nomine Harelegia in eadem tenura, et ipsi milites dederunt predicto Rand' de Hosa unam marciam argenti de recognitione prediche terre et hoc concessu uxoris sue Eve et Matille filie sue et omnium heredum, et in pastura sua concessit viii boyes et duas vaccas et xxx oves militibus Templi. Adsunt testes, Osynus presbiter de Kenetebir', et Adam filius Rogeri, et Walterus filius Rand'.

345.

- c. 1220. [John Belet confirms the grant by Roger of Childefold of 10 acres.]

[O]mnibus etc. Johannes Belet² salutem in domino. Noverit universitas vestra me pro deo et pro salute

¹ The manor of Balsdon was part of Inglewood: before 1230 it was in the hands of John Belet (of Enborne) and became known as Inglewood Belet, to distinguish it from the Templars' Inglewood, after called Templeton. (*V.C.H. Berks.*)

² John Belet secured part of Inglewood, in the parish of Kintbury (Berks) before 1230.

anime mee et omnium antecessorum et successorum *fol. 84*
 meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus (*cont.*)
 milicie Templi Salomonis in Anglia x acras terre ex dono
 Rogeri de Chaldefeld' in territorio de Bellettes Ingefled'
 ex feodo meo, in puram et perpetuam elemosinam,
 prout carta¹ quam ipsi predicti fratres habent de eodem
 Rogero proportat. Ut autem [etc. sealing]. Hiis
 testibus, domino Johanne vicario de Kentebir', Gervasio
 de Ingepenne et aliis.

346.

[William de Chaldefeld' grants 3 acres in Inglewood.] *c. 1220.*

[O]mnibus etc. Willelmus de Chaldefeld' salutem.
 Noverit universitas vestra me dedisse [etc.] deo et beate
 Marie et fratribus milicie Templi Salomonis tres acras
 terre mee cum omnibus pert. suis, quarum due acre jacent
 in campo de Ingefled Belet in cultura sub Borehghete
 exteriore in parte aquilonis et sunt propinquiores acre
 que fuit Henrici Bergeward in parte australi, et tercia
 acra jacet in campo de la Hull' proxima acre quam
 Galfridus Bruchere tenuit in parte occidentis et appellatur
 le Ridacre, habendas et tenendas de me et heredibus
 meis sibi et successoribus suis, libere et quiete, integre
 et in pace, in puram et perpetuam elemosinam pro
 omnibus secularibus demandis et sectis omnibus. Et
 ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus,
 Roberto de Herpenna milite, Natali filio suo, Johanne
 Belet et aliis.

347.

[William de Chaldefeld' grants to Robert son of Alfred *c. 1230.*
 3 acres in Inglewood.]

[S]ciant etc. quod ego Willelmus de Chaldefeld dedi
 [etc.] Roberto filio Alfr' de Sibbeford' et heredibus suis
 vel quibuscumque assignare voluerit, pro homagio et
 servicio suo et pro xl^a solidis argenti quos mihi dedit in
 gersumma, tres acras terre mee cum omnibus suis pert.
 suis [*sic*], quarum due acre iacent in campo de Ingefled
 Belet in cultura sub Borehgholte exteriore in parte
 aquilonis et sunt propinquiores acre que fuit Henrici

¹ No. 343,

*fol. 84
(cont.)* Brichward' in parte australi, et terciá acra iacet in campo de la Hull' proxima acre quam Galfridus Bruchere tenuit in parte occidentis et appellatur Ridacre, habendas et tenendas de me et heredibus meis sibi et heredibus suis vel eius assignatis, libere et quiete, bene, integre, in pace et hereditarie, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ille et heredes sui vel eius assignati duos denarios ad festum sancti Michaelis pro omnibus serviciis, querelis, sectis et demandis, salvo regali servicio quantum pertinet ad tantam terram in feodo de Ingefled Belette. Et predictus [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Johanne Belet de Ingefled, Roberto de Herpenham, Alexandro Ysaac et aliis.

348.

c. 1185– [Alfred Belet grants 9 acres and pasture in Inglewood.]
1190.

fol. 84vo.¹ [O]mnibus etc. Alfredus Belet¹ salutem. Noverit universitas vestra me dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis totam culturam illam in territorio de Ingefled' que dicitur Wostehull' ubi continentur ix acre, et in pastura mea et hominum meorum pasturam x animalium et c. ovium. cum tota sequela sua, in puram et perpetuam elemosinam, liberam et quietem ab omni seculari servicio et exactione. Hanc autem elemosinam dedi predictis fratribus pro salute anime mee et omnium amicorum meorum et pro animabus omnium antecessorum et successorum meorum. Et ego [etc. warranty]. Testibus, Waltero filio Roberti, Radulpho de Suthleia, Radulpho Maskerel, Johanne Belet filio meo et aliis.

349.

c. 1195. [John Belet confirms the grant by his father of 9 acres in Inglewood, and grants an extra $\frac{1}{2}$ acre.]

[O]mnibus etc. Johannes Belet salutem. Noverit universitas vestra me concessisse [etc.] deo et beate

¹ Alfred Belet held a fifth of a knight's fee in Berks in chief in 1187 but was succeeded by John Belet in 1193 (*Lib. Rul.*, I, 67, 93). He was dead by 1204, leaving Alice a widow (*Rot. Fin.*, 226). John Belet II was of age by September 1221 when he paid his relief on a fifth of a knight's fee in Berks (*Exc. e rot. fin.* 71). He was dead by Oct. 1231, leaving Amabilia a widow (*ib.* 218). John Belet III was in possession in 1242.

Marie et fratribus milicie Templi Salomonis donaci- *fol. 84vo*
 onem quam Alvredus Belet pater meus eis fecit quando (*cont.*)
 ipsi fecerunt ipsum fratrem domus sue, scilicet totam
 culturam illam in territorio de Ingeflok' que dicitur
 Wosteshull' ubi continentur novem acre, et in pastura
 mea et hominum meorum pasturam decem vaccarum et
 c. ovium cum tota sequela sua, scilicet cum vetullis et
 angnis donec separantur a matribus suis. Et preterea
 dedi eis dimidiam acram terre mee juxta fossatum meum
 quod dicitur vetus fossatum ad faciendum ibi unam
 bercariam. Quare volo quod predicti fratres totam
 predictam donationem patris mei et predictam dimidiam
 acram terre quam eis dedi habeant et teneant bene et in
 pace, libere et libere (*sic*), et quiete, integre et honorifice,
 sicut puram et perpetuam elemosinam, liberam et
 quietam ab omni servicio seculari et exactione, cum
 omnibus pert. et libertatibus suis, in viis et semitis, in
 pratis et pasturis, in exitibus et introitibus, et in omnibus
 locis et in omnibus rebus cum omnibus aisiamentis et
 emendationibus quas ibi facere poterunt, excepto quod
 fratres acquietabunt istam terram predictam de vasto et
 rewardo. Testibus, Waltero filio Roberti, Radulfo de
 Suthleia, Theobaldo Paste, Radulfo Maskerel, Ricardo
 Belet fratre meo, Johanne clero et aliis.

350.

[John Belet grants 2 acres.]

[O]mnibus etc. Johannes Belet salutem. Noverit *c. 1200.*
 universitas vestra me dedisse [etc.] deo et beate Marie
 et fratribus milicie Templi Salomonis Jerusalem in
 Anglia duas acras terre mee in puram et perpetuam
 elemosinam, illas duas videlicet quas Hugo Hurterel
 aliquando tenuit, que jacent ad curborum¹ tendentes
 supra Dusteshull' a parte aquilonari et Longeforlang.¹
 Terra Templariorum extendit se super illas duas acras
 superius enumeratas, habendas et tenendas de me et
 heredibus meis predictis fratribus milicie Templi libere et
 quiete, in pace et integre, cum omnibus pert. suis et
 aysiamenti dictis duabus acris pertinentibus. Et ego
 [etc. warranty]. Hiis testibus, Waltero Maunsel, Petro
 de Sokinund', dominis Roberto de Harpeham, et aliis,

¹ The reading is uncertain.

351.

*Before
1204.
fol. 85.*

[John Belet of Inglewood grants the homage and service
of Robert de Herpenham.]

[U]niversis etc. Johannes Belet de Ingefled salutem. Noverit universitas vestra me caritatis intuitu et pro salute anime mee et heredum meorum et antecessorum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis homagium et servicium Roberti de Herpenham et Johanne uxoris ejus et heredum sorum, scilicet vi denarios annuatim ad festum sancti Michaelis, pro omnibus serviciis et querelis, in puram et perpetuam elemosinam, quos mihi debuit pro terra quam tenuit de me in Ingefled. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, "Waltero le Maunsel, Willelmo de Hamme, Gilberto de Kernet, Johanne Belet de Eneburn', Roberto Finke et aliis.

352.

*1221-
1231.*

[John, son of John Belet of Inglewood, grants a meadow.]

[U]niversis etc. Johannes filius Johannis Belet¹ de Ingefled' salutem in domino. Noverit universitas vestra me dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia totum pratum meum quod vocatur Westmede et quod est circumclausum spinetis et quod jacet infra villam de Ingefled' Templariorum et regale iter versus partem australis sine ullo retenemento quod ad me et ad heredes meos poterit accidere, habendum et tenendum in puram et liberam et perpetuam elemosinam, libere et quiete, honorifice et integre, sine ullo retenemento. Et ego [etc. warranty]. Ut autem [etc. sealing]. Hiis testibus, Sewallo de Osevile et aliis.

353.

1231.

[Avicia, widow of John Belet of Inglewood, quitclaims
her interest in 4 acres.]

[S]cient etc. quod ego Avicia² que fui uxor Johannis Belet¹ de Ingefled, in mea propria viduitate, remisi et

¹ John Belet jun. succeeded in 1221 and died in 1231; see *Excerpt. e rot. finium*, Vol. I.

² She is called Amabilia in *Excerpt. e rot. fin.*, I, 218.

quietum clamavi cum tempore vite mee fratribus *fol. 85*
 milicie Templi Salomonis et eorum successoribus totum (*cont.*)
 jus quod habui vel quod habere potui in iii^{or} acris terre
 cum omnibus pert. suis que jacent in campo de Ingefled
 inter terram Roberti de Herpenham et se extendunt
 versus orientem super terram que fuit Hugonis molendinarii,
 et versus occidentem in terram que fuit Laurentii
 de la Hulle. Et quia volo [etc. sealing]. Hiis testibus,
 Roberto de Herpenham et aliis.

354.

[John, son of John Belet of Inglewood, grants the 4 acres *c. 1250.*
 held by his mother.]

[O]mnibus etc. Johannes Belet filius Johannis Belet
 de Ingefled salutem. Sciatis me dedisse [etc.] deo et
 beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis pro
 salute anime mee et animarum antecessorum meorum in
 puram et perpetuam elemosinam iiii acras terre mee
 cum omnibus pert. suis in campo de Ingefled qui appellatur
 Westfeld, quas Avicia mater mea nomine dotis olim
 tenuit, que jacent inter terram que fuit | Roberti de *fol. 85v*
 Herpenham et se extendunt versus orientem super
 terram que fuit Hugonis molendinarii de Denford' et
 versus occidentem super terram que fuit Laurentii de la
 Hulle, habendas et tenendas predictis fratribus et
 successoribus eorum de me et heredibus meis libere et
 quiete, integre et in pace in perpetuum. Et ego [etc.
 warranty]. Et quia volo [etc. sealing]. Hiis testibus,
 Ricardo Longespeye,¹ et aliis.

355.

[John Belet of Inglewood undertakes to pay the expenses *c. 1250.*
 of the Templars in claiming 4 acres in Inglewood.] *fol. 85vo*

[O]mnibus etc. Johannes Belet de Ingefled salutem.
 Sciatis quod si fratres milicie Templi Salomonis aliquid
 expendiderint pro calumpnia quatror acrarum terre, quas
 de me tenent per cartam,² que jacent in campo de Ingefled
 inter terram Roberti de Herpenham, ego illas expensas

¹ The second son of William Longsword, called earl of Salisbury; he held the manor of Denford, in Kintbury parish, Berks, ob. *c. 1260.* (*C.P.R. (1258-1266) 141, 617-618; Cal. Inq. P.M., II, 110.*)

² No. 354.

fol. 85vo eis persolvam. In hujus rei testimonium eis litteras
 (cont.) meas feci patentes. Valete.

356.

c. 1230 ?¹ [William de Chaudefeld', son of Roger, grants one acre in Inglewood.]

[O]mnibus etc. Willelmus de Chaudefeld' filius Rogeri de Chaudef' salutem. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis unam acram terre mee in campo de la Hulle, in puram et perpetuam elemosinam, scilicet le Puthacram que extendit se usque le Hetene-strete, habendam et tenendam predictis fratribus milicie Templi in Anglia de me et heredibus meis libere et quiete, pacifice et integre, absque omni servicio seculari et exactione. Ego vero [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Roberto de Herpeham, Johanne Belet, Ada de Hanme.

357.

c. 1250. Ricardus de Waleton'² [grants a piece of land in Inglewood
fol. 86. Belet.]

[O]mnibus etc. Ricardus de Waleton' salutem in domino. Noveritis me de consensu Hawisie uxoris mee dedisse [etc.] pro me et heredibus meis in perpetuum deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in liberam, puram et perpetuam elemosinam, pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum quamdam terram que jacet propre Westrugge que vocatur Uttermorneleswe versus orientem, cuius unum latus iungitur ad la Bruere secundum cursum aque descendantis³ de monte et dividentis dictam terram ab alia que vocatur Innermorneleswe in villa de Ingeflod' Belett', habendam et tenendam dictis magistro et fratribus de me et heredibus meis in perpetuum, libere, integre et quiete. Et ego [etc. warranty]. In cuius rei [etc. sealing]. Hiis testibus, Hugone de Cumberwelle,

¹ Probably of about the same date as No. 346.

² A part of Inglewood was purchased c. 1230-1 from John Belet by Robert de Waleton (= Wallington), and became known later as Wallingtons.

³ descentis, MS.

Johanne Ponchard, Willelmo de Geynesburg', Petro de fol. 86
Wendelburg,' Waltero Wisman et aliis. (cont.)

358.

Ricardus de Waleton' [grants 6 acres of land in Kintbury c. 1260.
to his daughter Mabel.]

[S]ciant etc. quod ego Ricardus de Waleton' dedi [etc.]
Mabilie filie mee, pro servicio suo et pro quinque marcis
argenti quas mihi dedit pre manibus, sex acras terre mee
que continue iacent in campo de Kentebur' et extendunt
se de grangia mea que vocatur Northwode super la
Chircheweyle, habendas et tenendas dictas sex acras
terre cum omnibus ubicumque suis pert. de me et
heredibus meis dicte Mabilie et heredibus suis vel suis
assignatis, libere, quiete, bene et in pace et hereditarie
in perpetuum, reddendo inde annuatim mihi et heredibus
meis unum obolum argenti ad Pascha pro omnibus
serviciis, querelis, sectis curiarum et secularibus demandis.
Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis
testibus, Petro Fremon, Roberto de Waleton', Petro de
Watcombe capellano, et aliis.

359.

Robertus Cok de Kentebir' [and Mabel, his wife, grant the After
preceding 6 acres to the Templars.] June
1267.¹

[S]ciant etc. quod ego Robertus Cok de Kentebur' et fol. 86vo.
Mabilia uxor mea ex assensu et consensu nostro mutuo et
unanimi dedimus [etc.] deo et beate Marie et magistro et
fratribus milicie Templi Salomonis in liberam, puram et
perpetuam elemosinam illas sex acras terre arabilis quas
Ricardus de Waleton' quondam dedit Mabilie filie sue,
uxori mee, que quidem jacent in campo de Kentebur' et
se extendunt de grangia quondam predicti Ricardi que
vocatur Northwode super le Chircheweyle, habendas et
tenendas predictas sex acras terre cum omnibus suis pert.,
libertatibus et aysiamentis, in pratis, pascuis, pasturis et
planis, viis, semitis et communis, introitibus et exitibus,
infra villam et extra villam et in omnibus aliis locis ad
predictam terram qualitercumque pertinentibus, de nobis
et heredibus nostri vel assignatis nostris predictis

¹ See No. 361.

fol. 86vo magistro et fratribus milicie Templi Salomonis et eorum
 (cont.) successoribus adeo libere et quiete, bene, integre,
 pacifice et honorifice, in perpetuum sicut aliqua elemosina
 alicui domui religionis ab aliquo vel ab aliquibus
 liberius, purius, plenius et melius dari poterit vel conferri,
 reddendo annuatim nobis et heredibus nostris unum
 obolum [ad] Pascha pro omnibus secularibus serviciis,
 consuetudinibus, exactionibus, sectis curiarum et
 hundredorum et aliis quibuscumque demandis. Et nos
 [etc. warranty]. Et autem [etc. sealing]. Hiis testibus,
 Willelmo Mauwerdin tunc ballivo de Hungerford, Rogero
 de Ingepenne, Matheo de Langebrigg', Ricardo Batte,
 Jordano de Wetherbi, et aliis.

360.

After June, 1267. Margeria filia Ricardi de Waleton' [grants 6 acres of
 arable in Kintbury, at an annual rent of 3 /-.]

[S]ciant etc. quod ego Margeria filia Ricardi de
 Waleton' dedi [etc.] magistro et fratribus milicie Templi
 Salomonis in liberam, puram et perpetuam elemosinam
 illas sex acras terre arabilis quas habui de dono predicti
 Ricardi patris mei que continue jacent et simul in campo
 de Kentebir' extra clausum ejusdem Ricardi apud
 Hulloc et extendunt se versus orientem, habendas et
 tenendas predictas sex acras terre cum omnibus suis
 pert., libertatibus, et aysiamentis in pratis, pascuis
 et pasturis viis, semitis et communis, introitibus et
 exitibus, infra villam et extra, et in omnibus aliis locis
 ad predictam terram qualitercumque pertinentibus, de
 me et heredibus meis vel assignatis meis predictis
 magistro et fratribus milicie Templi Salomonis et eorum
 successoribus ita libere et quiete, bene et pacifice,
 integre et honorifice, in perpetuum, sicut aliqua elemosina
 alicui domui religionis ab aliquo liberius, purius, plenius
 seu melius dari poterit vel conferri, reddendo inde
 annuatim mihi quo ad vixero tantum tres solidos argenti
 ad duo anni terminos, videlicet octodecim denarios ad
fol. 87. festum sancti Michaelis et octodecim denarios ad
 Pascha, pro omnibus serviciis secularibus, consuetudinibus,
 exactionibus, sectis curiarum et hundredorum et
 aliis quibuscumque demandis. Et ego [etc. warranty].
 Ut autem [etc. sealing]. Hiis testibus, Willelmo
 Mauwerdin, et ceteris qui in precedenti carta,

361.

Ricardus de Waleton' [confirms the grants of his daughters] *After 30
Mabel and Margery.]*

*June,
1267.¹*

[O]mnibus etc. Ricardus de Waleton' salutem in *fol. 87* domino sempiternam. Noverit universitas vestra me (*cont.*) pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie et magistro et fratribus milicie Templi Salomonis in liberam, puram et perpetuam elemosinam totam illam terram cum omnibus suis pert. quam Mabilie et Margerie filiabus meis in territorio de Kentebir' [dedi], habendam et tenendam totam predictam terram cum omnibus suis pert., libertatibus et aysamentis suis, in planis, pratis, pascuis et pasturis, in viis, semitis et communis, in introitibus et exitibus, infra villam et extra villam, et in omnibus aliis locis ad predictam tuam pertinentibus, de me et heredibus meis et assignatis meis predictis magistro et fratribus milicie Templi Salomonis et eorum successoribus, ita libere et quiete, bene et pacifice, integre et honorifice in perpetuum, simul etiam et absque omnibus serviciis secularibus, consuetudinibus, secularibus exaccionibus, sectis curiarum et hundredorum et aliis quibuscumque demandis, sicut aliqua elemosina alicui domui religionis ab aliquo seculari homine liberius, purius, plenius vel melius dari poterit vel conferri. Et ego [etc. warranty]. In cuius rei [etc. sealing]. Hiis testibus, Willelmo Mawerdin tunc ballivo domini comitis de Langastr'¹ Rogero de Ingepenne et ceteris qui supra.

362.

Hawisia relicta Ricardi de Waleton' [renounces all claims in the lands granted by her two daughters.]

[O]mnibus etc. Hawisia quondam relicta Ricardi de Waleton' salutem in domino. Noveritis me in pura et legitima viduitate mea concessisse, dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus domus milicie Templi in Anglia totum jus meum et clarium quod habeo vel habere potero in totam illam [terram] cum pertinentiis quam dicti magister et fratres habent ex dono Mabilie et

¹ i.e. Edmund, created earl of Lancaster 30 June, 1267.

fol. 87

(cont.)

Margerie filiarum mearum, et confirmacione dicti Ricardi quondam mariti mei in villa de Kentebiry, et quod ad me ratione dotis post predicti Ricardi decessum aliquo jure accidere possit vel spectare, ita scilicet quod nec ego Haviaia nec aliquis alias ex parte mea ullum jus seu clamium previa ratione exigere poterimus aut vendicare in posterum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, domino Petro capellano, preceptore de Couele, Ricardo Batte, Galfrido Batte, Ada de Waleton¹, Jordano de Wetherby et aliis.

363.

Ingepenne.¹

Before

1244.²

fol. 88.

[Johanna, widow of Philip de Hertrigge, grants 2 virgates in Inkpen to Robert, her son.]

[S]ciant quod ego Johanna, que fui uxor Philippi de Hertrigge, in viduitate mea dedi [etc.] Roberto filio Philippi de Hertrigge pro homagio et servicio suo duas virgatas terre cum omnibus pert. suis in villa de Ingepenne, unam scilicet quam Robertus Mohel et Ermaldus Ruffus tenuerunt, et alteram que fuit de dominio Johannis le Maunsel que constat ex triginta et sex acriis que per culturarum divisiones iacent, scilicet novem acre super buttes et sex acre et dimidia super Longborhe et sex acre ex occidentali parte de Bokerugge, et quatuor acre super Haheleshull² et sex acre apud occidentalem partem del Loke, et quatuor acre et dimidia in Brocfors long³. Preterea ego Johanna dedi et concessi predicto Roberto pasturam ad sexdecim animalia, boves scilicet vel vaccas, et ad ducentas oves in dominica pastura que fuit Johannis le Maunsel sicut ego eam unquam melius possedi, tenendas et habendas de me et heredibus meis sibi et heredibus suis libere, quiete et hereditarie in perpetuum, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ille et heredes sui vi denarios ad festum sancti Michaelis pro omnibus querelis et secularibus demandis. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Waltero Maunsel capitali domino feodi, Roberto Maunsel, Roberto de Herpenham et aliis.

¹ Inkpen, in Kintbury Hundred.² See No. 364.

364.

[Robert de Hertrigge surrenders to Johanna, his mother, 1237—
all claims to the above 2 virgates in Inkpen.] 1244.¹
fol. 88

[S]ciant etc. quod ego Robertus quondam filius (cont.)
Philippi de Hertrigge remisi et quietum clamavi pro me
et heredibus meis Johanne que fuit uxor Philippi de
Hertrigge matri mee totum ius et clamium quod habui
vel habere potui in duabus virgatis terre cum omnibus
pert. suis in villa de Ingepenne, et in omnibus pasturis
dictae terre spectantibus, quas scilicet duas virgatas
terre dictas cum pert. suis et quam pasturam dictam
Johanna mater mea mihi dedit pro homagio et servicio
meo, ita quod ego vel heredes mei in dictis duabus
virgatis terre cum pert. suis nec in dicta pastura versus
dictam Johannam nichil clamabimus nec clamare
poterimus ius neque aliud. Et ut [etc. sealing]. His
testibus, Simone de Leukenor' tunc vicecomite Berks',¹
Alano de Farenham, Petro de Otingeden', Johanne
Belet, et aliis.

365.

[Johanna, widow of Philip de Hertrigge, grants the above 2 virgates to the Templars.] Between 1237
and

[O]mnibus etc. Johanna que fuit uxor Philippi de Hertrigge salutem in domino. Noverit universitas vestra me dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia duas virgatas terre in villa de Ingepenne cum omnibus pert. suis que fuerunt de libero maritagio meo, unam scilicet quam Osbertus Moel et Hernaldus Ruffus tenuerunt et alteram que fuit de dominio Johannis Maunsel que constat (*sic*) ex triginta et sex acris que per culturarum divisionem iacent novem acre super Buttes et sex acre et dimidia [in] Langeborh' et sex in orientali parte de Bortrugg' et iiiii super Haleshull' | et sex acre apud occidentalem partem de Hoke, et iiiior et dimidia in Broeforlong'. Preterea dedi et concessi eisdem fratribus pasturam ad sexdecim animalia, boves scilicet vel vaccas, et ad ducentas oves in dominica pastura que fuit Johannis

¹ Simon of Lewknor was sheriff of Berkshire from 21 Henry III (March 1237) till 28 H. III (1244).

fol. 88vo. Maunsel in predicta villa de Ingepenne, habendas et tenendas dictas duas virgatas terre cum omnibus pert. et predictam pasturam adeo libere et quiete sicut carta quam habui de Johanne Maunsell' in omnibus proportat et testatur. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Simone de Leukenor et aliis.

366.

1237-
1244. [Walter Mansellus confirms the grant by his sister Johanna, widow of Philip de Hertrigge.]

[U]niversis etc. Walterus Mausellus salutem in domino. Sciatis me concessisse [etc.] in puram et perpetuam elemosinam, pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum, deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia totum donum et concessum quod Johanna, que fuit uxor Philippi de Hertrugge, soror mea, eisdem dedit in villa de Ingepenne, duas scilicet virgatas terre cum omnibus pert. et omnibus pasturis dicte terre spectantibus, que terre et que pastura fuerunt de libero maritagio predicte Johanne, tenendas et habendas dictas terras et pasturas cum omnibus pert. suis pro me et heredibus meis predictis fratribus et eorum successoribus adeo libere et quiete et integre sicut carte quas de dicta Johanna, sorore mea [habent], in omnibus proportionant et attestantur in perpetuum. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Bartholomeo de la Huse, Roberto de Herpenham, Waltero Godard, et aliis.

367.

15 July,
1327.
fol. 90v. Assisa capta apud Oxon. coram Johanne de Stonore et sociis suis, iusticiariis domini regis ad assisas in comitatu Oxon' capiendas assignatis, die Mercurii proxima post festum sancte Margarete virginis anno regni regis E. tercii post conquestum primo.¹

Assisa venit recognitura si Thomas de Sibford et Walterus filius eius et Ricardus frater eiusdem Walteri et Johannes de Miltecombe, Rogerus fitz Wythi, Henricus

¹ The preceptory of Sandford, with its dependencies, was transferred to the Hospitallers in 1311. This entry proves that the Hospitallers possessed and used the Templars' *Cartulary*.

Dymok', Ricardus le Taillour, Willelmus Jones, Hugo le *fol. 90v*
Bercher et Johannes Basset iniuste etc. disseisiverunt (*cont.*)
priorem Hospitalis sancti Johannis Jerusalem' in Anglia
de libero tenemento suo in Temple Sibford' post primam
etc. Et unde idem prior per fratrem Simonem le
Fauconer attornatum suum queritur quod disseisiverunt
eum de xxiiii mesuagiis, uno molendino, quingentis
acris terre, decem acris prati, quatuor libratis et quatuor
solidatis redditus cum pert. Et Rogerus venit et
Thomas et alii non veniunt. Et fuerunt attachiati
prout patet per recordum. Ideo plegii in misericordia;
et capiatur assisa versus eos per defaltam etc. Et
Rogerus filius Guydonis respondit pro predicto Thoma
tanquam eius ballivus et pro ipso ut tenente etc. dicit
quod predictus prior iniuste tulit assisam istam versus
eos quia dicit quod ipse nullam ei inde fecit iniuriam seu
disseisinam, et de hoc ponit se super assisam. Et
predictus prior per attornatum suum similiter. Ideo
capiatur assisa etc. Jurati dicunt super sacramentum
suum quod predicta tenementa modo in visu posita
fuerant in seisina magistri et fratribus ordinis milicie
Templi, ut de iure suo, tempore cessationis et adnulla-
tionis ordinis illius. Et dicunt quod per longum tempus
postea, in parlimento ipsius domini regis E. patris
domini regis nunc apud Westm' convocato, statutum
fuit per ipsum dominum regem, prelatos, comites, barones
et consilium suum quod omnes terre et tenementa que
fuerunt predictorum Templariorum liberarentur et
assignarentur priori et fratribus Hospitalis predicti
tenenda sibi et successoribus suis imperpetuum, eodem
modo quo predicti Templarii ea prius tenuerunt; per
quod idem dominus rex per breve suum mandavit
Drogoni de Barentyn tunc vicecomiti suo comitatus
predicti quod ipse omnes terras et tenementa que fuerunt
predictorum Templariorum in balliva sua predictis
priori et fratribus assignari et liberari faceret, tenenda
sibi et successoribus suis imperpetuum in forma predicta.
Pretextu cuiusdam [*sic*] mandati predictus vicecomes
tercio die Julii anno regni regis E. nuper regis patris
domini regis nunc decimo septimo liberavit predicto
priori predicta tenementa, modo in visu posita, tenenda
sibi et successoribus suis imperpetuum in forma predicta.
Et dicunt quod idem prior a predicto die liberacionis
predictorum tenementorum fuit inde continue seisisus

*fol. 90v
(cont.)*

ut de libero tenemento suo quoisque predicti Thomas et alii in festo Annunciationis beate Marie proximo preterito ipsum iniuste etc. disseis' sicut queritur. Ideo consideratum est quod predictus prior recuperet inde seisinam suam per visum recognitorum et dampna sua que taxantur per eosdem ad decem libras et predicti Thomas et alii in misericordia pro disseisina etc.

368.

Sybbeford.¹

*Before
1153.²
fol. 91.*

[William Fitz Roger of Sibford grants 9 hides of land and himself to the Templars.]³

[I]n nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Hoc sciant etc. quod ego Willelmus filius Rogeri de Sybbeford⁴, assensu uxoris mee Berte et heredum meorum et concessu dominorum meorum et aliorum amicorum, dedi et concessi me et totum tenuram quam tenebam de comite de Ferers,⁴ deo et fratribus Templi Salomonis, pro anima patris mei et pro anima matris mee et antecessorum perpetue in liberam elemosinam, scilicet ix hidias terre; duas hidias predice terre ego Willelmus et heredes mei de eisdem fratribus Templi liberas et quietas de omni servitio, excepto regali, tenere debemus, et predicti fratres vii hidias in suo dimeinio (*sic*) ad faciendum inde quod eis placuerit; habebunt et dominium in molendino et monasterio⁵ si quod in futuro fiet. Hujus donationis sunt testes, Johannes capellanus, et Robertus decanus, et Reinerus presbiter, et W. diaconus, qui hanc cartam scripsit, et Walkelinus de Sybbeforde, et Willelmus Armiger.

369.

Not before [William Fitz Roger renews his original grant, with 1153.⁷ additions and reservations.]⁶

[N]otum sit omnibus etc. quod ego Willelmus filius

¹ Sibford Ferris, Oxon.

² See No. 370, the confirmatory charter, which is dated 1153.

³ Printed: *Templar Records*, p. 190.

⁴ Robert de Ferrers, second earl of Derby, 1139, d. 1166. (See No. 371.)

⁵ i.e. parish church, if one should be erected. As the Templars soon obtained the church at Sibford Gower, it was unnecessary to build one at Sibford Ferris.

⁶ Printed: *Templar Records*, p. 192.

⁷ Later than No. 370.

Roger de Sibbeford' dedi et concessi deo et beate Marie *fol. 91*
 et fratribus Templi Salomonis de Jerusalem totam (*cont.*)
 terram meam de Sybbeford' in perpetuam elemosinam
 et ad tuitionem terre Orientalis, in villa et extra villam,
 in molendinis, in campis et pratis et pasturis et omnibus
 pertinentiis, pro salute anime mee et patris et matris
 et omnium antecessorum meorum, sicut comes de
 Ferres¹ (*sic*) et Jeralmus de Curzun² domini mei eisdem
 fratribus confirmaverunt, ita quod ego et heredes mei
 teneamus de predictis fratribus duas hidias et dimidiad,
 preter hidam quam monachi³ tenent. Predicti insuper
 fratres debent michi adquietare iii predictas hidias et
 dimidiad ab omni seculari exactione et servitio; con-
 cesserunt etiam predicti fratres Rogero filio meo esse
 quietum de relavamento (*sic*) suo pro xij denariis. Et
 ut ipsa concessio rata sit et inconcessa eam sigilli mei
 attestacione corroboravi. Hiis testibus, fratre Here-
 berto qui tunc preceptor fuit de ballia de Couel', fratre
 Hugone de Munchausi, Alano capellano de Couel',
 Johanne clero qui scripsit hanc cartam, Rogero clero,
 Roberto Nigrapelle, Henrico filio suo, Willelmo Cosyn,
 Willelmo Armigero, et Simone filio suo, Alano filio
 Walchelini, et Willelmo fratre suo et pluribus aliis.

370.

[Jeralmus de Corzun confirms the grant of William 1153
 Fitz Roger.]⁴ (*Dated*).

[O]mnibus etc. Jeralmus de Corzun salutem. Noverit
 dilectio vestra me assensu uxoris mee et heredum
 meorum, pro salute anime mee et pro salute animarum
 patris et matris mee neconon omnium predecessorum et
 successorum meorum concessisse et in perpetuam
 elemosinam dedisse deo et beate Marie semper virgini et
 fratribus Templi Jerosolimitani, quod dicitur Salomonis,
 Willelmum de Sibbeford' et totam terram suam de
 Sibbeford', videlicet x hidias cum omnibus ejus appendi-
 entiis ita quietum et ab omni exactione vel seculari
 servitio omnino absolutum quod nec michi nec alicui

¹ The 12th century earls of Derby were after styled earls of Ferrers.
 See Nos. 368 and 371.

² The immediate lord, holding of the earl of Derby; for his confirmation. See 370.

³ The monks of Bruerne had a hide in the parish.

⁴ Printed: *Templar Records*, p. 191.

*fol. 91
(cont.)*

heredum meorum in prefatum Willelmum aut in terram prescriptam quicquam juris aut consuetudinis deinceps liceat reclamare. Pro hac vero donatione et concessione idem Willelmus iij marcas argenti dedit michi. Quare volo et firmiter precipio quatinus predicti fratres Templi memoratum Willelmum cum suis omnibus ut puram elemosinam habeant et libere et quiete in perpetuum possideant. Inde vero existunt testes, Adam capellanus, Walchelinus de Sibbeford, Walterus Armiger. Actum est autem hoc anno incarnationis domini nostri Jhesu Christi millesimo c°.l.iii°. Willelmus de Farneburia, Robertus frater Jeralmi.

371.

c. 1153.² [Robert, earl of Derby confirms the grant of Sibford to fol. 91vo. the Templars.]¹

[N]otum sit omnibus sancte matris ecclesie fidelibus tam presentibus quam futuris quod ego Robertus comes de Derby³ concessi deo et beate Marie fratribusque Templi Salomonis de Jerusalem totam terram de Sibbeford' quam de me tenebat Gerelmus de Curtun,⁴ et litteris meis corroboravi pro salute anime mee, patris et matris omniumque antecessorum meorum. Quare volo quod predicti fratres prefatam terram in perpetuam elemosinam liberam et ex omni seculari exactione et servitio que ad me pertinere videbantur, quietam in perpetuum teneant et possideant. Et ut hec concessio rata sit et inconcussa, fratres prescripti iij marcas argenti sponte et caritate michi dederunt. Hujus rei testes sunt; Henricus Hoes, Petrus de Sandiacra, frater Willelmus capellanus, frater Adam de Somerville, frater Ernulfus, Alexander de Londonia.

372.

c. 1153.⁵ [William, son of William Fitz Roger confirms his father's gift.]

[N]otum sit omnibus etc. quod ego Willelmus filius Willelmi de Sibbeford' concedo fratribus de Templo

¹ Printed: *Templar Records*, pp. 191-2.

² Probably of the same date as No. 370, which it confirms.

³ See No. 368.

⁴ See No. 370; elsewhere he is called Curzun or Corzun.

⁵ Probably of much the same date as No. 369.

Salomonis totam terram de Sibbeford' sicuti pater meus *fol. 91vo*
 dedit et mater mea illis in perpetuam elemosinam set (*cont.*)
 tantummodo quod pater meus et ego de supradictis
 fratribus debemus tenere duas hidas et dimidiad extra
 hidam quam monachi¹ tenent. Quam ob rem volo ut
 firmiter habeant et teneant perpetualiter in villam (*sic*) et
 in homines (*sic*), in molendina, in campis, in pratis et
 pasturis et in omnibus pertinenciis eodem modo quod
 pater meus dedit eis. Hujus concessionis testes sunt;
 Gladewinus presbiter, Ricardus advunculus meus,
 Philippus, Walchel', Willelmus armiger, frater Adam.

373.

[Roger, son of William of Sibford confirms his father's *c. 1225.*
 gift.]

[S]ciant etc. quod ego Rogerus filius Willelmi de
 Sibbeford' concessi [etc.] fratribus milicie Templi
 Salomonis totam terram in Sibbeford' cum pert., quam
 pater meus eisdem fratribus dedit in elemosinam in eadem
 villa, habendam et tenendam libere, solute et quiete de
 omni seculari servicio et exactione sicut puram elemosinam,
 salvo retenemento quod pater meus tenuit in predicta
 villa, scilicet duabus hidis terre et dimidia, salvis etiam
 tribus virgatis terre et duobus acris quas predicti fratres
 dederunt michi in incrementum pro finali concordia et
 amore inter nos facto. Et ut [etc. sealing]. Hiis
 testibus, Radulfo filio Willelmi, Willelmo filio Radulfi,
 Willelmo de Fifhyde, Alexandro de Midelcumbe, Waltero
 filio Pagani de Gersindon',² Hugone de Gersindon',
 Roberto filio Hilberti, Jordano de Anneford'.

374.

[Roger, son of William of Sibford, repeats his confirmation *c. 1225.*
 in stronger terms.]

[S]ciant etc. quod ego Rogerus filius Willelmi de
 Sibbeford' concessi [etc.] fratribus milicie Templi
 Salomonis totam terram in Sibbeford' cum pert., quam

¹ i.e. of Bruern abbey.

² Donor of lands in Garsington, c. 1240-1250. See Vol. I. pp.
 82, 83.

fol. 91vo pater meus eisdem fratribus dedit in perpetuam elemosinam in eadem villa, scilicet ix hidias terre cum omnibus pert., habendam et tenendam libere et solute et quiete ab omni seculari servicio et exactione sicut puram elemosinam, salvo retenemento quod pater meus tenuit in predicta villa, scilicet duas hidias terre et dimidiā, salvis etiam iii virgatis terre et duabus acris quas predicti fratres dederunt michi in incrementum pro finali concordia et amore inter nos facto, ita tamen quod non licet michi neque dare neque vendere neque invagiare de predicto tenemento neque de pertinenciis absque consilio et assensu predictorum fratrum. Ut autem [etc. sealing]. Hiis testibus, Radulpho filio Willelmi, Willelmo filio Radulphi, Willelmo de Fifhide, Alexandro de Mildecumbe, Waltero filio Pagani de Gersindon', Hugone de Gersindon', Roberto filio Hilberti, Jordano de Anneford'.

375.

c. 1195. [Geoffrey del Alney grants to Walter, his brother, 3 hides
fol. 92. in Sibford.]¹

[S]ciant etc. quod ego Galfridus del Alney dedi [etc.] Waltero fratri meo tres hidias terre in Sibbeford' quas Henricus Clement dimisit patri meo in pleno comitatu, libere et quiete et iure hereditario de me et heredibus meis sibi et heredibus suis tenendas, in bosco et in plano, in pratis et pasturis, in viis et aquis, et semitis et in omnibus aliis rebus sicut unquam melius habui in dominio meo et liberius per servicium quantum ad illas pertinebit de x hidis que sunt in predicta Sibbeford'. Si ego Galfridus in servicio regis de dominio meo aliquid dare compellar, tunc quantum ad illas pertinebit mihi tenetur exhibere, set quoniam mortalium mortale est testimonium, ut ea que inter nos gesta sunt vivant in perpetuum, et ne dubitatio oriatur in posterum carte mee munimine confirmavi, et homagium suum inde recepi. Hiis testibus, Thoma filio Willelmi, Willelmo de Stradford', Roberto filio Radulphi, Hugone filio Willelmi, Rogero Gernun', Alano, Radulpho, Henrico de Whitefeld', Willelmo Hurell', Roberto de Withef', Willelmo del Auney, Laurencio clero, Ricardo Presbitero, Willelmo de Merlay, Ricardo de Waneting', Randolpho Gerold', Simundo, Radulpho, Willelmo de Estormere.

¹ This is Sibford Gower.

376.

[Robert le Poher confirms his brother Geoffrey del c. 1195.
Alney's grant to Walter his brother.] fol. 92
(cont.)

[S]ciant etc. quod ego Robertus le Poher dedi [etc.] Waltero fratri Galfridi del Alney tenementum quod tenuit de Galfrido fratre meo, scilicet tres hidias in Sibbeford' per servicium unde x hide faciunt servicium unius militis. Hoc tenementum dedit predictus Robertus et concessit predicto Waltero tam libere sicut de fratre suo tenuit, ipsi et heredibus suis ad tenendum de se et heredibus suis libere, quiete, integre, honorifice, in viis, in semitis, in planis, in pascuis, in molendinis et in omnibus locis et in stagnis quantum pertinet hiis tribus hidias, et inde cepit predictus Robertus homagium predicti Walteri. Hiis testibus, Roberto de Whitefeld,¹ Odardo avunculo eius, Bartholomeo filio Simonis, Wilelmo de Chauntelu, Roberto Mauncel, Waltero Dengayne, Roberto filio Hilberti, Osberto de Eston', Roberto filio eius, Hugone Bistus, Ricardo del Boys, Rogero, et Henrico clero qui fecit hanc cartam apud Windesores.

377.

[Walter de Whitefeld' grants 2 hides in Sibford.] c. 1210.

[O]mnibus etc. Walterus de Whitefeld' salutem in domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et anime patris mei Henrici de Alney et matris mee Angnetis et fratris mei Roberti de Whitefeld et pro animabus omnium antecessorum et successorum meorum dedisse etc. deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis Jerusalem, simul cum corpore meo, in puram et perpetuam elemosinam, duas hidatas terre mee in Sibbeford', scilicet vi virgatas terre de dominio meo et duas virgatas terre quas Henricus Lende tenuit aliquando in villa de Sibbeford' cum omnibus pert. suis, sine aliquo retenemento, in viis, in semitis, in pratibus, in pasturis, in molendinis, in stangnis, in vivariis, in mesuagiis, in homagiis, in villenagiis, et sequelis, in dominicis et

¹ The mention of Odardus shows that this is the Robert de Whitefeld who took his name from Wheatfield, and was justice of the king and at one time sheriff of Oxfordshire. He was apparently no relation to the Robert de Whitefeld mentioned in the next deed (*Cart. Osen*, IV. 91 &c.).

*fol. 92 redditibus, in introitibus et exitibus, infra villam et extra
(cont.) villam, plene et integre, cum omnibus aliis aysiamentis ad predictam terram pertinentibus, habendas et tenendas*

fol. 92vo. predictis fratribus Templi in liberam et perpetuam elemosinam, libere, pacifice et quiete, absque omni seculari servicio seculari et exactione, salvo servicio forinseco. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Radulpho Harang, Waltero de Verdun, Ricardo Foliot, Radulpho filio Roberti de Wyginton', Ricardo de Turs, Willelmo de Leuekenore, Waltero filio Pagani, Radulpho de Sandford', Ricardo le Louerd' de Sybbeford', Ricardo Passepays et multis aliis.

378.

c. 1220. [Walter de Whitefeld grants all his land in Sibford.]

[O]mnibus etc. Walterus de Whitefeld salutem in domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et anime patris mei Henrici del Alney et matris mee Angnetis et fratris mei Roberti de Whitefeld et pro animabus omnium antecessorum et successorum meorum dedissem etc. deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis Jerusalem totam terram meam in villa de Sibbeford' cum omnibus pert. suis sine aliquo retencimento, scilicet in viis, in semitis, in pratis et pasturis, in molendinis, in stangnis et vivariis, in mesuagiis et homagiis, in villenagiis et sequelis, infra villam et extra, plene et integre cum omnibus aliis aysiamentis ad predictam terram pertinentibus, habendam et tenendam predictis fratribus Templi in puram et perpetuam elemosinam, libere, integre, pacifice et quiete, absque omni seculari servicio et exactione, salvo servicio forinseco. Et ut [etc. sealing.] Hiis testibus, Radulpho Harang, Waltero de Verdun, Ricardo Foliot, Radulpho filio Roberti de Wyginton', Ricardo de Thurs, Willelmo de Leuekenore, Waltero filio Pagani, Radulpho de Sandford', Ricardo le Louerd de Sibbeford', Ricardo filio Roberti, Ricardo Passepays, et multis aliis.

379.

c. 1225. [Simon de Whitefeld confirms his brother Walter's gift of all his land in Sibford.]

[O]mnibus etc. Simon de Whitefeld salutem in domino, Noverit universitas vestra me pro salute anime

mee et pro animabus patris mei Henrici de Alney et *fol. 92vo*
 fratriis mei Walteri de Whitefeld et pro animabus omnium (*cont.*)
 antecessorum et successorum meorum concessisse etc.
 deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis
 Jerusalem totam terram illam cum omnibus pert. suis, in
 puram et perpetuam elemosinam, quam Walterus de
 Whitefeld frater meus dedit predictis fratribus | *Templi fol. 93.*
 in villa de Sibbeford', illas scilicet tres hidias terre quas
 Henricus Clement tenuit aliquando in villa de Sibbeford',
 habendas et tenendas eisdem fratribus Templi in viis, in
 semitis, in pratis et pasturis, in molendinis, in stangnis, in
 vivariis, in mesuagiis, in homagiis, in dominicis, et villen-
 agiis, sequelis et communis, in introitibus et exitibus,
 infra villam et extra, libere, integre, pacifice et quiete
 cum omnibus pert. suis, aysiamentis et libertatibus et
 liberis consuetudinibus, in puram et perpetuam elemos-
 inam, sine aliquo retenemento et absque omni seculari
 servicio et exactione salvo forinseco, quantum pertinet
 ad tantam terram. Et si predictis fratribus Templi
 placuerit, bene licebit eis facere forinsecum servicium
 capitalibus dominis sine omni mesprisione versus me vel
 heredes meos. Et propter hoc ego prefatus Simon et
 heredes mei eosdem fratres Templi non poterimus
 chalangizare. Preterea ego Simon predictus dedi et
 quietum clamavi predictis fratribus Templi totum jus et
 clamium quod ego et heredes mei in eadem terra de
 Sibbeford', scilicet in illis tribus hidis prenominatis
 unquam habuimus vel habere potuimus. Et ego [etc.
 warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino
 Petro et domino Rogero capellanis, Waltero de
 Gersingdon', Hugone filio Ricardi de Gersingdon',
 Willelmo de Leuekenore, Widone de Whatel', Willelmo de
 Moy, Andrea filio Ammary de Couel', Galfrido et
 Radulpho et Willelmo clericis de Templo et aliis.

380.

[Lady Margaret de Aveney, countess of Winchester, 1224—
 confirms the grant by Walter de Whitefeld' of 3 hides in 1225.
 Sibford.]

[O]mnibus etc. Domina Margareta de Aveney,
 comitissa Winton¹ salutem in domino. Noverit

¹ See Vol. I. p. 67, note 6.

*fol. 93
(cont.)*

universitas vestra quod ego pro salute anime mee et pro animabus patris mei et matris mee et specialiter pro anima domini Saeri de Quincy comitis Winton' quondam viri mei¹ et pro animabus omnium antecessorum et successorum meorum concessisse etc. deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis illas tres hidas terre cum pert. suis in villa de Sibbeford' quas dicti fratres habent de dono Walteri de Whitefeld in eadem villa de Sybbeford' que sunt de feodo meo, habendas et tenendas eisdem fratribus milicie Templi predictas tres hidas terre cum omnibus pert. suis de me et heredibus meis in perpetuum, in pratis et pascuis, in viis et semitis, in introitibus et exitibus, in stangnis et molendinis, in mesuagiis et edificiis, in redditibus assisis et servitiis, in sequelis et summonitionibus, in scutagiis et releviis, in omnibus forincesis (*sic*) serviciis et liberis plegiis et omnibus demandis et aliis aysiamentis ad eandem terram pertinentibus infra villam et extra, libere et quiete, integre et pacifice, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis quindecim solidos argenti ad Sibbeford' ad duos terminos anni, scilicet ad Pascha vii sol. et vi. denarios et ad festum sancti Michaelis vii sol. et vi den. pro omni seculari servicio et exactione, et pro omnibus querelis et demandis. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Willelmo de Albiniaco, Willelmo de Crapwelle, senescallo meo, domino Odwell' de Albiniaco, Saero de sancto Andrea, magistro Thurstanno Phisico, Ricardo de Balkel' tunc vicecomite Oxon',² Radulpho de Templo clerico et aliis.

381.

*Late 12th [Henry del Alney grants the Chapel of Sibford and some century.
lands.]*

fol. 93vo.

[H]enricus del Alney omnibus etc. salutem. Sciatis me dedisse deo et sancte Marie atque fratribus militibus Salomonis meam capellam de Sibbeford' et quandam virgatam terre cum prato et quamdam croftam juxta

¹ Seher de Quincy, 1st earl of Winchester, died 3rd Nov., 1219. He had been created earl of Winchester in virtue of the Beaumont and Grantmesnil estates, inherited by his wife, who remained Countess of Winchester in her own right until her death in Jan., 1235.

² Richard de Brakele, acting-sheriff of Oxfordshire for R. de Ripariis, 1224-1225.

cimiterium in latitudine quantum cimiterium pertinet. *fol. 93vo*
 Homines etiam mei dant prefatis militibus Templi (cont.)
 quandam virgatam terre et x acras. Concedimus etiam
 dominicis animalibus communem pasturam, et predictas
 terras liberas et quietas ab omnibus secularibus serviceis,
 concessu uxoris mee et heredum meorum, in liberam
 elemosinam pro anime patris et matris mee et prede-
 cessorum meorum. Testibus, Willelmo del Estre, et
 Hereberto, Hilberto, Rogero filio Alani, Roberto filio
 Hilberti, Petro Preposito, Gilberto Sermocinat', Willelmo
 de Sibbeford', Roberto fratre ejus, Walchelino, Godefred',
 Siwardo, Ordwi, Roberto Nigrapelle, Willelmo Armigero,
 Milone de Badenden.'

382.

[Agnes of Sibford grants the chapel of Sibford and a hide *Dated*
 and a half of land.]¹ 1153.

[I]n nomine patris etc. Omnibus etc. Angnes de Sibbeford',² que uxor Radulphi Clementis extitit, salutem. Noverit dilectio vestra me pro salute animarum dominorum meorum et pro anime mee salute, necnon omnium predecessorum et successorum meorum, communi assensu heredum meorum, videlicet Simonis et Roberti et Henrici et Radulfi, concessisse et dedisse deo et beate Marie semper virginis et pauperibus fratribus Templi, quod dicitur Salomonis, capellam de Sibbeford', cum omnibus suis pert., et in eadem villa unam hidam et dimidiadim terre, et sedem molendini, necnon unam mansionem et dimidiadim de subtus fontem in prefata villa existentem et plenariam per omnia communionem predicte ville, videlicet in

¹ Printed *Templar Records*, p. 193.

² Agnes must have been married three times. As Simon fitz-Gilbert calls Agnes his mother in No. 384, she must have had a husband with the name of Gilbert. In our deed she says that in 1153, when she was wife of Ralf Clement, she had four sons Simon, Robert, Henry and Ralf. Of these Henry was a son of Ralf Clement (see No. 397, also No. 375) and probably the same was true of Ralf, whereas Robert, identical with Robert le Poher (No. 376), was a son of Gilbert. After the death of Ralf Clement, she married Henry de Alney, by whom she had a son Walter de Whitefeld (No. 377) and Geoffrey de Alney (No. 375); but at this time there was such vagueness about the use of the word *mater* that it is possible that some of these six were stepsons. It may be noticed that Simon fitz-Gilbert of No. 384, styles Henry de Alney his *pater* (No. 379) whereas he was only his stepfather. In No. 383 we are told that Agnes had a son named John, of whom we have no other mention.

fol. 93vo pascuis et in aquiset in omnibus quibuscumque aisia-
 (cont.) mentis, omnino solutam et ab omni exactione et servitio
 seculari quietam. Quare volo et firmiter precipio
 quatinus prescripti Templi fratres omnia supranominata
 in bene (*sic*) et in pace teneant et integra et illibata
 absque alicujus impedimento et contradictione ut puram
 elemosinam in perpetuum possideant. Hujus rei subscripti testes continentur, Engeram Clement, Adelardis
 ejus uxor, Hugo Clement, Rogerus de Wilebi, Willelmus
 filius Radulfi Clement, Walchelinus Palmar, Galfridus de
 Sancto Mor¹, Robertus de Clinton², Sanctimonialis mater
 Angnetis, et Wimarc filia domine Angnetis, Chetelbertus
 de Langed³, Actum est hoc anno ab incarnatione domini
 nostri Jhesu Christi m^oc^ol^oiii^o. Valete.

383.

? c. 1150. [Peter de Studley confirms the grant by Agnes de Sibford
 and John her son of a hide in Sibford.]

[O]mnibus etc. Petrus de Stodleg¹ salutem. Ves-
 trorum noscat dilectio me assensu Petri mei filii conces-
 sissee fratibus Templi de Jerusalem quandam hidam
 terre in Sibbeford² quam domina Angnes et Johannes
 suus filius predictis fratibus dederunt, liberam et quietam
 ab omni servicio seculari. Quare volo et precipio ut
 prefati bene et in pace, libere et quiete, teneant. Hujus
 autem concessionis sunt testes, Petrus Corbic³ meus
 filius et Galfridus et Philippus Capellanus, Nicholaus de
 Hida, Petrus Agul⁴ et ipsemet Johannes, Walt⁵.

384.

Probably about 1180. [Simon Fitz Gilbert confirms the grant by Agnes his
 mother of a hide and a half in Sibford.]²

[O]mnibus etc. Simon filius Gilberti salutem. Notum
 sit vobis me, pro anime mee salute et patris et matris mee
 et omnium predecessorum et successorum ac dominorum
 meorum, assensu Roberti fratri et avunculorum meorum
 concessisse et dedisse in perpetuam elemosinam deo et
 sancte Marie et fratibus Templi Salomonis illam terram

¹ What is here confirmed seems to be a grant which was enlarged
 in 1153; see No. 382.

² Printed, *Templar Records*, p. 194.

in Sibbeford', quam Anges mater mea predictis fratribus *fol. 93vo*
 Templi dedit et carta sua confirmavit, videlicet hidam et (*cont.*)
 dimidiā terre in Sibbeford' cum suis pert. et cum tota
 decima dominii et vivarium ad faciendum molendinum et
 plenariam ejusdem ville communionem in quibuscumque
 oportunitatibus eidem ville pertinentibus, et duas man-
 siones in eadem villa, Walteri videlicet juxta fontem et
 Alfrici Copmon, sola (*sic*) et quieta ab omni accione et
 servitio seculari libera. Pro hac vero donatione frater
 Adam de Somervalla tunc in partibus Oxon' domus
 Templi procurator existens dedit michi unum runcinum
 pretii unius marce argenti et unum cunibulum cum
 vagina. Testibus, Johele avunculo meo, Roberto fratre
 meo, Engelram Clement et ejus uxore, Walkelino de
 Sybbeford', Roberto de Clinton'.

385.

[Robert filius Hilberti grants 10 acres in Sibford.] *c. 1190.*
fol. 94.

[O]mnibus etc. Robertus filius Hilberti de Sibbeford'
 salutem in domino. Notum vobis facio me dedisse etc.
 deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis,
 pro salute anime mee et omnium parentum meorum, x
 acras terre arabilis in territorio de Sibbeford' de meo
 dominio que jacent inter terras ipsorum fratrum, scilicet
 quinque acre in uno campo et quinque in alio, habendas
 et tenendas in puram et perpetuam elemosinam, liberam
 et quietam, de me et heredibus meis, ab omni seculari
 servitio et exaccione. Hanc autem elemosinam ego et
 heredes versus omnes homines warrantizabimus ipsis
 fratribus. Hiis testibus, Thoma sacerdote de Swaleclive,
 Willelmo filio Rogeri de Sibbeford', Willelmo Armigero,
 Roberto Nigrapelle, Alano filio Walkelini, Roberto filio
 Alani, Thoma Francigena, Ricardo filio Passepais,
 Ricardo Cavel' clero qui hanc cartam scripsit et multis
 aliis.

386.

[Robert filius Hilberti grants 3 sellions in Sibford.] *c. 1200.*¹

[O]mnibus etc. Robertus filius Hilberti salutem.
 Noverit universitas vestra me dedisse etc. deo et beate

¹ See No. 387.

*fol. 94
(cont.)*

Marie et fratribus milicie Templi Salomonis pro salute anime mee et omnium parentum meorum tres seyliones terre arabilis in territorio de Sibbeford' de meo dominio, que jacent sub curia predictorum fratrum inter terras eorumdem et terram quam Gilbertus Sermocinator dedit eis, habendas et tenendas in puram et perpetuam elemosinam, liberam, solutam et quietam de me et heredibus meis ab omni seculari servicio et exaccione. Hanc predictam terram concedo eis claudere in croftam suam ; concedo etiam predictis fratribus tantum pasture quantum pertinet uni virgate terre. Et ut [etc. sealing]. His testibus, Waltero filio Pagani de Gersindon', Henrico de Weston' genero ejus, Hugone de Gersindon', Alano filio Pagani, Alano filio Walchelini de Sibbeford', Simone Armigero, Johanne clerico qui hanc cartam scripsit.

387.

c. 1200.¹ [Robert filius Hilberti grants 2 acres in Sibford.]

[U]niversis etc. Robertus filius Hilberti salutem in domino. Noverit universitas vestra me communi assensu et consilio et voluntate Berte uxoris mee et Briannii filii et heredis mei, pro salute animarum nostrarum et patrum et matrum nostrarum et omnium predecessorum et successorum nostrorum, dedisse etc. deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis, in puram et perpetuam elemosinam, duas aeras terre in villa de Sibbeford' in eadem (parte) ubi prius habuerunt unam acram de dono meo, similiter et juxta eandem acram et ex eadem parte aque qua domus consistit que scilicet tendunt ab aquilone versus domum Wyberti. Has etiam [etc. warranty.] Pro hac autem concessione et donatione predicti fratres caritative dederunt michi unum pulcrum palefridum cum toto harnasio ad illum pertinente. Hiis testibus, Radulfo filio Rogeri de Sibbeford', Ricardo Passepays, Helia Waundard, Waltero de Gersindon', Ada fratre ejus, Nicholao persona de Gersindon', Radulfo Sermonar' de Sibbeford', Ricardo filio Nigelli, Galfrido de Chipenhurst, magistro Roberto de Pinnoke, et magistro Galfrido qui hanc cartam scripsit et multis aliis.

¹ This deed was confirmed by Robert's son, Brian before May, 1213. See No. 388.

388.

[Brian filius Roberti filii Hilberti confirms his father's gift
of 2 acres in Sibford.] 1209–
1213.¹
fol. 94vo.

[U]niversis Cristi fidelibus ad quos presens scriptum
pervenerit, Briennius filius Roberti filii Hilberti de
Sibbeford' salutem. Noverit universitas vestra me pro
salute anime mee et patris mei et matris mee et omnium
antecessorum et successorum meorum dedisse etc. deo
et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis
duas acras terre mee in villa de Sibbeford, scilicet unam
acram in Middelforlong proximam terre Radulfi le
Sermon' versus austrum que percutit super viam supra
domum Guer', et unam acram in Cokeslaunde proximam
terre Guer' versus austrum que percutit super Netheres-
medemedwe; preter hoc confirmo predictis fratribus
Templi omnem donationem quam Robertus pater meus
eisdem fratribus dedit in villa de Sibbeford', habendam
et tenendam eisdem fratribus in puram et perpetuam
elemosinam, libere, quiete et pacifice, in terris, in pratis,
in pascuis, in viis et semitis, in introitibus et exitibus et
in omnibus libertatibus et aysiamentis ad predictam
donationem et confirmationem pertinentibus, absque
omni seculari servitio et exactione. Ego autem [etc.
warranty]. Ut autem [etc. sealing]. Hiis testibus,
Roberto le Megre tempore illo vicecomite Oxon,¹ Simone
de Croppery, Hugone Paupere, Galfrido de Tadmereton',
Waltero de Whitefeld, Radulfo filio Rogeri de Sybbeford'
et multis aliis.

389.

[William Guer grants $\frac{1}{2}$ a hide in Sibford to Passepays.] c. 1190.

[W]illelmus Guer omnibus hominibus suis Francis et
Anglicis tam futuris quam presentibus salutem. Sciat
me dedisse Passepaysio et heredibus suis ad tenendum
de me et heredibus meis libere et quiete, dimidiam hidam
terre in Sibbeford', ocras de Cordewan' vel duos solidos
annuatim reddendo, salvo servicio regis et dominorum
meorum. Qua propter volo et precipio quatinus ipse
et heredes sui teneant libere et quiete et honorifice, de

¹ Robert le Megre was acting Sheriff of Oxon. for Thomas Bassett,
11–14 John (i.e. from May, 1209–May, 1213).

fol. 94vo omnibus serviciis et consuetudinibus ad me vel ad
 (cont.) heredes meos pertinentibus per predictum servicium.
 Hiis testibus, domino meo Petro Corb,¹ Willelmo Corb'
 filio domini Nicholai de Ben', Ran. de Cotton', Ran' filio
 Roberti, Ricardo Pincerna, Ricardo filio Aluredi, Hunfrido
 fratre Can', scriptore huius carte.

390.

c. 1190. [Humphrey Passepays grants 2 acres in Sibford.]

[N]otum etc. quod ego Hunfridus Passepays dedi et
 concessi deo et sancte Marie et fratribus milicie Templi
 Salomonis duas acras de terre mea in Sibbeford', pro
 anima mea et uxoris mee Edith et pro anima domini mei
 Willelmi Guer et domine mee Roys' et pro animabus
 heredum meorum et omnium antecessorum meorum,
 scilicet unam dimidiad acram super Milhul et aliam
 dimidiad acram que extenditur super viam de Brayles,
 in alio campo dimidiad acram super Quantehull et
 aliam dimidiad acram in Aldelaunde in perpetuam
 elemosinam, libere et quiete ab omni seculari servicio.
 Et hoc dedi concessu uxoris mee Edith et Ricardi filii
 mei et Johannis filii mei. Hiis testibus, Gervasio
 capellano, et Henrico clero, Roberto filio Hilberti,
 Odone Catun, Alano filio Walchelini, et toto halimoto,²
 et Sampsonem diacono qui hanc cartam fecit.

391.

Sybeford.³

c. 1220 ? Ricardus filius Ricardi Passepays [grants half a messuage
 fol. 95. in Sibford.]

[O]mnibus etc. Ricardus filius Ricardi Passepays de
 Sibbeford'⁴ salutem in domino. Noverit universitas
 vestra me pro salute anime mee et antecessorum et
 successorum meorum dedisse etc. deo et beate Marie et
 fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia medietatem

¹ Peter Corbuzun, son of Peter de Studley.

² i.e. of Sibfrod (Gower).

³ There is the following note, in a contemporary hand, in the margin : *campo boriali ix acre et dim., campo australi x acre et dim. sunt xx acre.*

⁴ Grandson of Humphrey Passepays, donor of No. 390.

unius mesuagii siti inter mesuagium Roberti Catun et *fol. 95*
 mesuagium Roberti Fraunceys in villa de Sibbeford' (*cont.*)
 quod michi permansit jure hereditario post decessum
 patris mei, cum una virgata terre in villa de Sibbeford'
 cum pert. suis, exceptis *iiiior* acris terre quas Petronilla
 soror mea tenuit, videlicet ix acras et dimidiam in uno
 campo et x acras et dimidiam in alio campo, habendum
 et tenendum libere et quiete, sine ullo retenemento mei
 vel heredum meorum, salvo servicio capitalis domini
 feodi videlicet ii sol. ad Pascha annuatim, et salvo regali
 servicio pertinente ad tantum tenementum. Preterea
 dedi et concessi predictis fratribus Templi unum redditum
xiii denariorum quem michi solebat reddere Ricardus
 Wytsond pro tenemento quod de me tenuit. Preterea
 dedi et concessi predictis fratribus Templi unum redditum
vi denariorum quem Petronilla soror mea solebat michi
 reddere pro *iiiior* acris terre, scilicet tres den. ad festum
 sancti Michaelis et tres den. ad festum beate Marie in
 Martio. Ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing].
 Hiis testibus, Roberto domino de Sibbeford', Willelmo
 filio Alani de Sibbeford, Ricardo Whitsond, Roberto
 Catun, Nicholao de Maydeford, Ricardo filio Alani de
 Sibbeford', Petro le Sarmon' de Sibbeford' et multis aliis.

392.

Radulfus le Louerd [grants a croft in Sibford.] c. 1220 ?

[O]mnibus etc. Radulfus le Louerd de Sibbeford'
 salutem in domino. Sciat universitas vestra me pro
 salute anime mee et omnium antecessorum et successorum
 meorum dedisse etc. deo et beate Marie et fratribus
 milicie Templi Salomonis unum croftum in villa de
 Sibbeford' quod dicitur Stelesclive, in liberam et per-
 petuam elemosinam, habendum de me et de heredibus
 meis in perpetuum pacifice, sine aliqua mei vel heredum
 meorum molestia. Et quia volo [etc. sealing]. Hiis
 testibus, Roberto fratre meo, Ricardo filio Alani, Willelmo
 filio Alani, Willelmo Cosin et Jordano armigero et multis
 aliis.

393.

Cecilia filia Joram [grants a croft in Sibford.] c. 1220.

[S]ciant etc. quod ego Cecilia filia Joram de Sibbeford'
 voluntate heredum meorum dedi et presenti carta mea

- fol. 95
(cont.)* confirmavi, proprio tempore viduitatis mee, fratribus milicie Templi Salomonis totam croftam meam de Subina juxta Stelesclive que jacet versus aquilonem et doytum, habendam et tenendam eisdem predictis fratribus predictam croftam de me et heredibus meis quiete, pacifice, integre, honorifice, in puram et perpetuam elemosinam in perpetuum. Et ego [etc. warranty]. | Hiis testibus, Ricardo filio Alani, Roberto clero, Roberto Nigrapelle, Willelmo filio Alani, Nicholao de Erulton', Petro de Aldremonniton', et multis aliis.
- fol. 95vo.*

394.

Willelmus Culter [grants 1 virgate in Sibford.]

[U]niversis etc. Willelmus Culther salutem. Notum sit vobis me dedisse et concessisse deo et beate Marie et fratribus militibus de Templo unam virgatam terre in territorio de Sibbeford' in perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni servicio et servili exaccione, pro salute anime mee et antecessorum meorum, in pratis et in pasturis et in aquis et in omnibus locis pertinentibus eidem virgate terre. Testibus, Ricardo de Humeto,¹ Radulfo de Lineuil, Waltero de Cordinvill', Gaufrido de Ouvill', Gaufrido de Ver, Roberto de Bruncurt.

395.

- c. 1180.* [Notification that Hilbertus filius abbas, has given a little wood and a meadow in Sibford.]

[S]ciant illi qui sunt et qui venturi sunt quod dominus Hilbertus² filius Abbas (*sic*) dedit virgultum retro domos nostras de surmulo³ quantum durat fratribus de Templo Salomonis in perpetuam elemosinam absque omni seculari servicio. Testibus, Henrico clero, domino Willelmo de Sibbeford', et Willelmo Armigero, et Alano filio Walteri et toto nostro halimoto, et dedit nobis pratum juxta bedum nostre molline et dimidiam acram ad estlongam breiam et aliam dimidiam acram in alio campo. Valete.

¹ If, which seems unlikely, this is the great Richard de Humeto, the date must be before 1179.

² Father of the donor of Nos. 385-7, probably to be identified with Hilbertus filius Aude of *Cart. Osen.* IV. 308.

³ Not in *Ducange*.

396.

[Richard fitz Nigel announces a grant.]

c. 1190--
1200 ?

[N]otum sit omnibus etc. me Ricardum filium Nigelli *fol. 95vo* dedisse et concessisse seledum¹ quietum fratribus de (*cont.*) Templo de omnibus rebus. Quare precor omnes amicos meos, et omnibus meis hominibus et successoribus et heredibus precipio quod pacem habeant firmam. Testibus, Roberto Forestario, et Wlrico Albo, et Willelmo filio Áuost'.

397.

[Henry Clement grants 30 acres of heath in Sibford and *c. 1180.*
half a hide of land, for 8 silver marks].

[N]otum sit omnibus etc. quod ego Henricus Clement² dedi et concessi in perpetuam elemosinam deo et sancte Marie et fratribus milicie Templi Salomonis, pro salute anime mee et pro animabus patris mei et matris mee et omnium antecessorum meorum xxx^{ta} acras terre in brueria mea, xv scilicet ubi pater meus eam fregit, et xv ubi Henricus de Alneto³ eis dederat. Hanc terram eis concedo ad faciendum inde voluntatem suam. Et preterea do et concedo eis dimidiam hidam terre videlicet, xiiii acras in campo qui est retro domum suam erga suest et xii acras erga viam de Brayles juxta quandam spinam, et xvii acras super Rivenhulle et vi acras vertentes in chiminum ad Sclofurlong' et unam acram vertentem in furlungum []⁴ de Wimanefurlong'. Do et concedo communem pasturam bestiis suis et dominicis bestiis suis dominicam pasturam cum meis. Et pro ista elemosina predicti fratres acquietaverunt me erga dominum meum Henricum de Alneto de viii marcis argenti, tali conventione quod si aliquo modo contigeret quod ego hanc terram eis warantizare non possem, ego eis affidavi quod has viii marcas rei redderem, et si ego non reddidissem fidejussores mei hoc ipsum affidaverunt reddere, scilicet

¹ Not in Ducange.² Son of Agnes de Sibford and Ralph Clement (see No. 382.) He was the donor of 3 hides in Sibford to Henry del Alney, father of Walter de Whitefeld, who gave them to the Templars. (See Nos. 375-377.)³ See No. 381.⁴ suna[m], ms.

- fol. 95vo* Radulfus filius Willelmi de Brocton' affidavit reddere xx solidos, Walterus Clemens affidavit xx solidos, Hugo Clement et Radulfus de Wilubi affidaverunt unam marcam argenti, Rogerus de Wilebi affidavit unam marcam argenti, Bruno frater suus affidavit unam marcam argenti; Thomas Presbiter de Cumpton' et Radulfus de Shenedon' et Briennius affidaverunt duas | marcas argenti. Hujus eis testes sunt et fideiussores, Willelmus dominus de Sibbeford', Willelmus Armiger, Walchelinus et Alanus filius suus.
- fol. 96.*

c. 1200 ? Radulfus Sermocinarius [grants half an acre in Sibford.]

[O]mnibus etc. Radulfus Sermocinarius¹ de Sibbeford' salutem. Noverit universitas vestra me dedisse etc. deo et sancte Marie et fratribus milicie Templi Salomonis, pro salute anime mee et antecessorum meorum et successorum meorum, unam dimidiam acram terre, infra croftum predictorum fratrum, proximam juxta murum versus occidentem, extendentem a grangia sua usque ad quarreram versus vallem, habendam et tenendam in puram et perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni seculari servicio et exaccione; pro qua vero donatione et concessione predicti fratres dederunt michi caritative viii solidos. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Ricardo capellano de Couele, Rogero filio Willelmi de Sibbeford', Ricardo Passepays, Waltero de Couel', Elia Waandard, Alano de Sibbeford et multis aliis.

399.

c. 1200 ? Robertus filius Rogeri [promises an annual payment of 6d., and $\frac{1}{3}$ of his chattels at death, in return for membership of the Fraternity.]²

[O]mnibus etc. Robertus clericus filius Rogeri de Sibbeford' salutem. Noverit universitas vestra quod ego omnibus diebus vite mee dabo annuatim deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis vi denarios, et in obitu meo tertiam partem catallorum omnium meorum, ut sim in omnibus orationibus et

¹ He attests No. 387, c. 1200.

² See No. 407. The names of the witnesses are almost identical.

beneficiis et fraternitate Templi particeps. Post obitum *fol. 96*
 autem meum, omnes heredes mei predictis fratribus (*cont.*)
 annuatim vi denarios in perpetuum et tertiam partem
 omnium catallorum post obitum meum dabunt tam in
 blado quam in aliis catallis, ut sint in omnibus orationibus
 et beneficiis et fraternitate Templi participes. Pro hac
 autem donatione predicti fratres sicut hominem suum
 tota vita mea et similiter omnes heredes meos post
 decessum meum warantizabunt. Ego autem et heredes
 mei redditum prenominatum predictis fratribus warantizabimus et reddemus, scilicet ad annunciationem beate
 Marie iii denarios, et ad festam sancti Michaelis iii
 denarios. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Radulfo
 le Louerd et Roberto fratre ejus, Simon Swayn, Alano
 filio Walkelini, Ricardo Passepays, Petro de Witsand',
 Willelmo filio Alani, Rogero de Beriton'.

400.

Willelmus Galweyn [and Agnes his wife grant 1 acre in
 Sibford.]

[U]niversis etc. Willelmus Galweyn de Shenindon'
 salutem in domino. Noverit universitas vestra me
 dedisse etc., consilio meo et Angnetis uxoris mee fratribus
 milicie Templi Salomonis in Anglia unam acram terre in
 campo de Sibbeford' quam recepi cum predicta Angneta
 uxore mea | in liberum maritagium, videlicet acra illa que *fol. 96vo.*
 jacet inter terram eorumdem fratrum milicie Templi
 apud Fulweleslode in boriali parte, habendam et tenendam
 predictis fratribus milicie Templi de me et heredibus
 meis in perpetuum in puram et perpetuam elemosinam,
 libere, pacifice, integre, cum omnibus pert. suis. Et ego
 [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus,
 Radulfo le Louerd, Roberto clericu fratre suo, Willelmo
 filio Alani, Willelmo filio Juliani, Roberto le Franceys,
 Ricardo Witsond, Simone filio Alani et multis aliis.

401.

[Robert filius Hilberti grants, with his father, an acre in *Late 12th*
century. Sibford.]

[O]mnibus etc. Robertus filius Hilberti¹ salutem.

¹ See Nos. 385-387

fol. 96vo
(cont.)

Sciatis quod ego Robertus concedo etc. deo et sancte Marie et fratribus de Templo Salomonis donationem quam pater meus dedit eis intra antrum suum et tantum ultra totam calumpniam quam ego habui intra antrum eorum et bucheram apud orientem simul cum toto orto. Et ego et pater meus dedimus eis unam acram in culturam contra curiam Ricardi in campo apud merridiem et in campo apud aquilonem in Middilforlong', primam acram apud solem et pratum juxta stangnum. Et hoc facio pro anima mei et patris mei et uxoris et filiorum meorum. Et hoc concedo ante x fratres, liberam et quietam, absque omni seculari servicio de me et heredibus meis. Testibus hiis, Gilberto capellano de Swaleclive, Pagano capellano, Henrico clero, Radulfo clero, domino Willelmo de Sibbeford', Willelmo Armigero, Alano filio Walkelini, Siwardo Preposito, Morice, Roberto filio Alani, Odone Cato.

402.

Late 12th century. [Walkelinus son of Odo grants land worth 12d. a year.]

[N]otum sit etc. quod ego Walkelinus filius Odonis domui de Templo de Jerusalem in perpetuam elemosinam pro anima patris mei et matris mee et predecessorum meorum xii denariatas terre dedi et concessi. Et ego Walkelinus predictus Godwino mercatori et heredibus suis de Templo Jerusalem prefatas denariatas terre xii ab omnibus secularibus exaccionibus libere et quiete tenendas concessi, xii denarios annuatim reddendo. Testibus, Ada clero de Wrokcestr' et Nicholao filio suo, et Beatricia uxore domini Walkelini, et Hugone milite, et Thurstano clero, et Willelmo mercatore, et Henrico super Montem. Universi qui domum de Templo Jerusalem honorant a domino Jhesu Christo sint honorati. Amen.

403.

c. 1240 ? [Agreement between Robert del Ho and the Master of the Temple concerning former gifts by R. Passepays and his sister.]

[N]overint universi quod ita convenit inter Robertum

del Ho ex una parte et fratrem Robertum de Sandford¹ fol. 96vo
 magistrum milicie Templi in Anglia et ejusdem milicie (cont.)
 fratres ex altera, videlicet quod predictus Robertus
 confirmavit in perpetuum de se et heredibus suis quietum
 clamavit deo et beate Marie et predictis magistro et
 fratribus duas virgatas terre cum pert. quas Ricardus
 Passepays dictis magistro et fratribus dedit²; item
 confirmavit et quietum clamavit de se heredibus suis
 annum redditum vi denariorum in predicta villa,
 solutum et quietum, quem quidem redditum | Petronilla fol. 97.
 soror predicti Ricardi dictis magistro et fratribus dedit
 tenendas et habendas predictas duas virgatas terre cum
 pert. predictis magistro et fratribus ac eorum successor-
 ibus vel suis assignatis in liberam et perpetuam elemosinam
 in perpetuum, reddendo inde annuatim predicto Roberto
 et heredibus suis ii sol. ad Pascha pro omni servicio,
 consuetudine, demanda et exactione seculari, salvis
 tamen predicto Roberto et heredibus suis forinseco
 servicio quantum pertinet ad tantam terram in eadem
 villa et sectis curie sue debitiss. Et sciendum quod si de
 dictis serviciis predicto Roberto et heredibus suis tempor-
 ibus debitiss non fuerit satisfactum, liceat sibi et heredibus
 suis predictam terram ingredi et libere distingere
 quoque eis satisfiat de dictis serviciis plenarie, sine
 contradictione et impedimento predictorum magistri et
 fratribus vel suorum assignatorum. Et ut [etc. sealing].
 Hiis testibus, domino Bardulfo de Cesterton, domino
 Hugone Tiwet, Petro le Botiler, Roberto de Cerceden,
 Johanne Cachelewe, Willelmo de Verdun, Johanne de
 Harewell, Roberto Catun, Willelmo de Geynesburg
 clericu et aliis.

404.

[Robert, bishop of Lincoln, grants freedom from tolls etc. in Banbury market.] *Between 1151 and 1160.*

[R]obertus dei gratia Lincoln' episcopus³ omnibus
 ministris suis Bannebur'⁴ salutem. Sciatis me con-

¹ Robert de Sandford, Master of the Temple in England from 1228 to 1248 (*Royal Letters of the Reign of Henry III.* (R.S.), Vol. I., p. 336; *C.Ch.R.* (1248), p. 331.)

² See No. 391.

³ i.e. Robert de Chesney, bishop of Lincoln, 1148—27 Dec., 1166 (ob.).

⁴ Banbury, Oxon.

fol. 97

(cont.)

cessisse fratribus de Templo quod ipsi et eorum homines libere et quiete vendant ad forum Bannebur' et ibidem negotia sua sine impedimento faciant, sic quod nulla consuetudo vel tolni exigatur ab eis. Testibus, Roberto Oxon' archidiacono,¹ Rogero precentore Lincoln',² Gaufrido capellano, Gilberto elemosinario. Valete.

405.

(Dated)
25 March

1242.

Compositio inter fratres Templi et abbatem de Bruer'.³

[N]overint omnes ad quos presens scriptum pervenerit quod cum controversia mota esset inter fratres milicie Templi Jerosolomitani in Anglia ex una parte et dominum abbatem et conventum de Bruer' ex altera super terris, pasturis, communis, purpresturis et aliis querelis in territorio de Sibbeford', tandem controversia inter eos amicabiliter sub hac forma conquievit, videlicet quod predicti abbas et monachi terram suam subter grangiam suam de Holewelle quam singulis annis excolere consueverunt ammodo excolere possunt et debent quando campus orientalis de Sibbeford' excolitur et quando et quotiens terre de Sibbeford' que se extendunt super predictam monachorum terram excoluntur, et quando terre ipse que se extendunt super terram monachorum jacent ad warectam, terra eorumdem monachorum jacebit ad warectam tamdiu. Pastura vero predictorum monachorum que vocatur Littlebromes usque ad rivulum de Holewelle integre secundum divisas et metas factas et positas undique per predictos monachos et Templarios, ipsis monachis et Templariis communis pastura bene et in pace in perpetuum remanebit. Similiter et pastura predictorum Templariorum que vocatur Holdefeld integre predictis Templariis et monachis pastura communis in perpetuum bene et in pace debet remanere. Et sciendum quod quicquid continetur infra clausum predictorum monachorum apud Holewelle de territorio de Sibbeford' bene et in pace in perpetuum absque calumpnia et vexatione predictorum Templariorum dicti monachi possidebunt. Omnes vero terre, pasture et commune de quibus controversia mota fuerit inter predictos Templarios et monachos de cetero inter eos

¹ i.e. Robert Foliot, archdeacon of Oxford, 1151–1173.² Roger d'Almeri, precentor of Lincoln, 1147–c.1160.³ Bruern abbey, Oxon., a Cistercian house.

bene et in pace sicut supradictum est, fideliter et absque *fol. 97v* omni cavillatione utriusque partis in perpetuum debent (*cont.*) remanere. Et ut [etc. sealing], videlicet sigillo totius capituli generalis supradictorum Templariorum et sigillo abbatis et conventus de Bruer', anno gratie m^occ^oxlii^o ad festum annunciationis beate Marie in Martio. Presentibus, Gilberto de Hida, Roberto de la Hide, Thoma de Fifhide, Rogero Gulstre, Roberto filio Radulfi de Sibberford', Radulfo de Hedeber' et aliis.

406.

[Richard fitz Nigel renounces all claims to 4 tenants of ? c. 1200.
the Templars.]

[H]oc sciant filii sancte ecclesie tam presentes quam futuri quod ego Ricardus filius Nigilli do et quietum clamo deo et sancte Marie et fratribus milicie Templi Salomonis, scilicet Eylwinum filium Hermilde et filium Wlurici Blundi, scilicet Siwardum, et Edwardum filium Aunfrey et Gunnildam sororem suam, quos calumpniabam apud fratres Templi, solos et quietos ab omni calumpnia et homagium eorum de me et de heredibus meis. Pro hac adquietacione dederunt michi iiiii libras et x sol. argenti. Hii sunt testes, Willelmus de Stredford' et Walterus de Peri et Herbertus ejus homo, et Robertus de Sandford' et le halimot de Couele et de Littlemor et de Hedindon', et Willelmus Bodin qui hanc scripsit cartam et le halimot de Yftel'.¹

407.

[Henry Neyre Pel promises an annual payment of 6d. and c. 1200 ?
 $\frac{1}{3}$ of his chattels at death, in return for membership of the
Fraternity.]²

[U]niversis etc. Henricus Neyre Pel³ salutem. Noverit universitas vestra quod ego omnibus diebus vite me dabo annuatim deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis vi denarios et in obitu meo tertiam partem catallorum omnium meorum, ut sim in orationibus et

¹ See *Templar Records*, p. cxx, where Miss Lees refers to an increase of "no less than three" hall moots witnessing a grant—here there are 4, those of Cowley, Littlemore, Headington and Iffley.

² See No. 399. The names of the witnesses are almost identical.

³ A form of 'Nigra Pellis.'

*fol. 97v
(cont.)* beneficis similiter et in fraternitate Templi particeps ; post obitum autem meum et decessum de hoc seculo omnes heredes mei predictis fratribus annuatim vi denarios in perpetuum et tertiam partem catallorum suorum omnium post obitum suum dabunt tam in blado quam in aliis catallis ut sint in omnibus orationibus et beneficiis et fraternitate Templi participes. Pro hac autem donatione predicti fratres me sicut hominem suum tota vita mea warantizabunt, et similiter omnes heredes meos post decessum meum warantizabunt. Ego autem et heredes mei redditum prenominatum predictis fratribus in perpetuum warantizabimus et reddemus. Ut autem [etc. sealing]. Hiis testibus, Radulfo le Louerd et Roberto fratre eius, Simone Sewang, Briennus filius (*sic*) Roberti filii Hilberti, Alano filio Walkelini, Ricardo Passepays, Petro de Witsond, Willelmo filio Alani, Radulfo Sermonar', Galfrido clero de Couele, et multis aliis.

408.

Before 1184-5. [Hamo filius Meyfelin grants 1 acre with a messuage.]¹

fol. 98. [U]niversis etc. Hamo filius Meyfelin² salutem. Sciatis me dedisse etc., assensu Hamonis heredis mei, illam acram terre quam Hugo filius Azonis tenuit cum mesuagio et omnibus pert. suis, deo et sancte Marie et fratribus de Templo Salomonis, tam liberam et quietam quam aliquam liberimam habent in elemosinam scilicet ab omnibus secularibus serviciis et exactionibus in perpetuam elemosinam, pro salute anime mee et anime uxoris mee et pro salute anime Hamonis heredis mei et anime uxoris sue et pro salute animarum antecessorum meorum. Et quia volo [etc. sealing]. Hiis testibus, Henrico filio Meyfelin.

409.

c. 1220. [Robert filius Ranulfi de Sibford grants to the Templars the land which his father gave to his sister in Sibford.]

[S]ciant presentes et futuri quod ego Robertus de

¹ Printed, *Templar Records*, p. 198, where it is shown that the land here granted was in Stony Stratford; the deed should have been entered among the Buckinghamshire Charters under Wotton Underwood. See Nos. 476-478.

² The Meinfelins were lords of the manor of Wolverton. (See *V.C.H. Bucks.* III, 186-7. Hamo died 1184-5.)

Sibbeford filius Ranulfi de Sibbeford dedi etc. deo et *fol. 98*
 beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis totam (*cont.*)
 terram cum homagio et servicio et cum omnibus pert.
 suis quam Ranulfus pater meus dedit Amabilie sorori
 mee in villa de Sibbeford' habendam et tenendam de me
 et heredibus meis dictis fratribus et successoribus suis
 libere et quiete, bene et in pace, in puram et perpetuam
 elemosinam. Ut hec [etc. sealing]. Hiis testibus,
 Roberto clero de Sibbeford, Ricardo clero de eadem
 villa, Roberto Neyrepel, Willelmo scriptore de Sibbeford,
 Ricardo Went, Petro de Aldremanneston', Willelmo filio
 Alani de Sibbeford et aliis.

410.

Wroestan.¹

[William Clement grants a rent of 5/- for one hide of land.]² *After Jan. 1155. fol. 98vo.*

[U]niversis etc. Willelmus Clemens salutem. Noscat universitas vestra me dedisse etc. in liberam et perpetuam elemosinam deo et beate Marie et fratribus Templi Salomonis v. solidatas redditus de una hida terre in villa de Wrokstan, quam Robertus Clemens frater meus tenet et idem Robertus manu sua affidavit in manu magistri Ricardi de Hastings,³ absque malo ingenio quod ipse et heredes sui hunc redditum domui Templi in perpetuum reddent. Quare volo et firmiter precipio ut predicti fratres hanc elemosinam habeant et in perpetuum teneant in bene (*sic*) et in pace, liberam et solutam et quietam ab omni seculari servitio et exactione. Hiis testibus, Simone de Whitacre, Roberto Clement, Jacobo Capellano, Henrico scriptore et aliis.

411.

Odo de Tolent [grants his *terra* of Hensington.]⁴ *c. 1145-1150.*

[I]n⁵ nomine patris et filii et spiritus sancti amen. *fol. 99.*
 Notum sit omnibus etc. quod ego Odo de Tolent dedi

¹ Wroxton, near Banbury, Oxon.

² Printed, *Templar Records*, p. 194.

³ Master of the Temple in England by Jan., 1155. (See *Templar Records*, pp. xlxi-l.).

⁴ Hensington adjacent to Woodstock, Oxon.

⁵ Printed, *Templar Records*, p. 189.

fol. 99
(cont.)

deo et sancte Marie et fratribus militibus Templi Salomonis et litteris meis sigillatis corroboravi scilicet terram de Hensington', pro salute anime mee et omnium predecessorum meorum. Quare volo ut predictam terram in perpetuam elemosinam prescripti fratres possideant et teneant solam (*sic*) liberam et quietam ab omnibus consuetudinibus. Huius donationis sunt testes, Walterus de Baylleol qui est testis et dator eiusdem terre,¹ Walterus Chandel et Eustachius de Chaun.
